Subiectū indefinite nō supponit alicuius determinate ergo ꝛc. Añs pz. de ista. hō ē species. Qz aūt sit indefinita. qa in ea subicit terminus cōmunis sine signo. et potēs determinari omni sinkathegreumate. sicut q̄libet indefinita sine signo. et verꝝ ē q ē simplr̄ idefinita. ¶ Scdo sic. vna negatio nō pōt impedire aliā. a distributione vel negatione ḡ ꝛc. nullū simile pōt impedire suum simile. sed vna negatio est alteri similis ergo. Maior quia tale additum tali magis facit tale. Minor cum sint eiusdem generis vel speciei. ¶ Tercio sic. Terminus infinitatus non supponit confuse distributiue ḡ ꝛc. Añs patet quia sub eo non contingit descendere copulatiue. quia non sequitur nō homo currit ergo nō iste hō currit ꝛc ijs. Qz autem talis nō sit bonus descensus. patet quia descēdere ē ad inferiora in supponendo arguere. ꝫ taliter descendendo non ē ad inferiora. verꝝ ad superiora arguere patet quia lij non iste homo est superius ad nō hō. vt diximus. ¶ Ad primū dr̄. q regula Mar. tenet. de indefinita. de extremis materialr̄ vel personaliter supponentibus. non autem de indefinita. cuius extrema vel extremum supponit simpliciter. ¶ Ad scdm dr̄. ad maiorem q illa est vera in phisicis non autem in logicis. logicus em̄ ne videat nugare ponendo idem bis dixit. q ibi vna negatio impedit aliam. hoc etiam ē maxime ex vsu. vtendi taliter negationibus. In talibus enim intellectus et voluntas sunt prime cause. vt dicit Joannes Dorp. ¶ Ad tercium dicitur. Qz comparando in descensu. lij non homo ad non iste homo. argueretur ab inferiori ad superius in supponendo. quia tamen non debet fieri descensus sub lij non homo. sed sub lij homo itaqꝫ iste homo est inferius sub lij homo quia semper argueretur ab inferiori ad superius in descendēdo sub tali termino infinito.

¶ Nona regula. Nomina recta a comparatiuis et superlatiuis gradibus sequentia eos supponunt confuse distributiue. vt hic Socrates est fortior homine. lij homine supponit confuse distributiue. et causa est. quia huiusmodi gradus. habent exponi per negationem. ¶ Decima Regula. Isti termini differt aliud non idem diuersum. et caret. et consimiles

eis faciunt terminos sequẽ es quos regunt supponere confuse distributiue. ꝓpter negationem inclusam. ¶ Undecima regula. hoc aduerbiũ sicut. et ita. et consimilia aduerbia importantia similitudinem faciunt terminum sequentem se stare confuse distributiue. vt hic soꝫ est ita fortis sic homo lij hõ stat confuse distributiue. ¶ Duodecima Regula. terminus cõmunis super quem cadit exceptio seu dictio exceptiua stat confuse distributiue. vt omne animal preter hominem est irrationale. lij hominem stat confuse distributiue.

Notandum primo. ꝙ Mar. hic cõ sequenter determinat de suppositione confusa distributiua virtute sinkathegreumatũ negationem includentium facta. Et pro noticia none regl'e Aduerte. ꝙ nomen regi a compatiuo vel superlatiuo nihil aliud ẽ ꝙꝫ terminare dependentiã ipsius cõparatiui vel superlatiui taliter tenti. id est comparatiue vel suplatiue tenti. Est ergo intellectus regule none iste. nomina. s. cõmuniter tenta. compatiuũ vel superlatiuum compatiue vel superlatiue tentum sequentia. et ab eis recta. ex vi huiusmodi excessus. et nõ impediti. supponunt hmõi nomnia cõfuse distributiue. vt soꝫ est fortioꝫ leone. lij leone supponit cõfuse distributiue. Dicitur sequentia. quoniam antecedentia cõparatiuũ vel superlatiuum virtute eius nõ supponunt confuse distributiue. vt asinus est homine fortioꝫ. quia negatio in huiusmodi terminis inclusa. nõ negat antecedentia sed sequentia. ꝯ hic Samson est leone fortioꝫ. leone non supponit confuse distributiue verũ determinate. Dicitur recta a compatiuo ex vi compationis ꝛc. quia si nõ fuerint recta ex vi comparationis nõ supponeret confuse distributiue. vt Samson est fortioꝫ manu leone. manu stat determinate. Unde dictio regitur ex vi cõparationis que terminat dependentiã comparatiui vl' superlatiui. Dicit non impediti. quia si impediti fuerint per aliqõ sinkathegreuma non distribueret. vt hic musca est fortioꝫ omni animali. que vera ẽ. cum lij animali supponat determinate. ista tamẽ falsa ẽ. musca ẽ fortioꝫ asali. qm̃ ego sum fortioꝫ ea. Exponit em̃ sic ista regula. musca ẽ fortis et nullum animal est ita forte sicut musca. scõa exponẽs est falsa ergo ꝛc. tenet cõsequentia a fal

sitate exponẽtis ad falsitatem exponibilis. ¶Decima regula. Omnis terminus includẽs negatione nem. regẽs post se ablatiuum mediante a vel ab distribuit ipm dũ modo nõ impediatur sicut sunt isti i termini caret ꝛc. Dicit notanter regẽs mediãte a vel ab. qa nisi sic tunc nõ oporteret ipm supponere cõfuse distributiue. vt sortes differt anima rationali ab asino. lij anima rationali stat determinate etem regit a lij differt. quia tamen nõ mediãte lij a vel ab. qz autem stet determinate. patet quia sor omni anima rationali nõ differt ab asino. qõ tamen sequeretur si lij anima rationali ibi distribueretur. possunt tamen alique dictiones negationem importãs terminũ a se rectum distribuere etiam sine talibus prepositionibus a vel ab. sicut dicendo iste caret visu. rudibile repugnat homini. lij homini supponit confuse distributiue. eodem modo dicendum est. de istis prepositionibus extra et sine respectu suorum casualium. vt iste est extra domum ¶Undecima et duodecima regule eodẽ modo exponantur in omnibus exponendo de termino cõmuniter tento. et a talibus dictionibus recto

De suppositione confusa tm̃ sit Prima regula. et tredecima. predicatũ vniuersalis affirmative. supponit confuse tm̃. vt omnis homo est animal. ¶Quartadecima regula. subiectũ propositionis exclusiue supponit confuse tm̃. vt tm̃ animal est homo. ¶Quindecima regula. terminus sequẽs mediate signũ vniuersale affirmatiuũ. cadens super copulã. supponit cõfuse tm̃. vt ois hõ ẽ aial. lij aial supponit cõfuse tm̃. silr hic cuiuslibet bois asinus ẽ currẽs. tã lij asinus qz lij currens supponit cõfuse tm̃. Et dico nos tanter cadens super copulam. quia si caderet super subiectũ nõ oporteret mo staret determinate. vt videns omnem hominẽ ẽ animal. lij aial supponit determinate. quia lij omnem non cadit super copulam. ¶Sedecia regula. quando duo signa distributiua. cadunt super terminum communem in propositione particulari indefinita vel singulari. talis terminus

supponit determinate. vt lij homo in ista Sor̄ non est omnis homo. Et descenditur sic igitur sor̄ non est iste homo vel sor̄ nō est iste homo ꝛc̄ijs similiter in ista. non omnis homo currit. Sed in vniuersali talis. termin⁹ supponit confuse tantum. vt omnis homo differt ab animali. et debet descendi disiunctim sic. igitur omnis homo differt ab hoc animali vel ab h̄ animali ꝛc̄ijs.

Notandum scdo. ꝙ hic marsilius

determinat de suppōne cōfusa tm̄ disiuncta. et intelligēda ē sic. ¶ Regula tredecima. Cuiuslibet ꝓpōnis vl'is affirmatiue. de cōsueto modo loq̄ndi predicatū supponens cōmuniter tentū. cui nō preponit̄ aliqd̄ signū imediate confusiuū. Et dūmodo predicatum. fuerit terminus absolutus id est nō relatiuū grāmaticale. supponit cōfuse tm̄ disiūctim. Exem̄ in lr̄a. Dr̄ affirmatiue ad excludendū vl'em negatiuā. Dr̄ de cōsueto mō loq̄ndi. qm̄ predicatū vl'is affirmatiue. de incōsueto mō loquēdi. vl' pars ei⁹ supponit determinate qn̄q̄. vt lij equū in ista. equū oīs hō videt. Dr̄ si nō addatur signū confusiuū. q̄a si sic staret. predicatū stare confuse distributiue vt oīs hō oīs hō est. Dr̄ vltimo. dūmodo predicatum fuerit ꝛc̄. Qui si fuerit terminus predicatū relatiuus. tūc nō supponet confuse distributiue. sicut ꝛ suū antecedēs. Dicunt em̄ logici ꝙ p̄dicatū istius. omnis hō ē ipse met. stat confuse distributiue. quia terminus relatiuus predicatur precise supponens ꝓ subiecto qd̄ ē suū antecedēs. ¶ Quartadecima regula sic est intelligenda. Cuiuslibet ꝓpōnis exclusiue. exponibilis gratia alietatis. i qua signū exclusiuū non negatur nec ꝑ signū vniuersale impedit̄. subiectū supponēs cōmuniter supponit cōfuse tm̄ disiunctim. predicatum vero ꝯfuse distributiue. vt tm̄ hō ē animal. Dicit̄ notanter exponibilis gr̄a alietatis quia si exponeret̄ gratia pluralitatis tunc subiectū supponeret determinate et predicatū confuse tm̄ copulatim. vt tm̄. v. sunt vl'ia. lij quinq̄ supnit determinate et vl'ia confuse tm̄ copulatim. Dr̄ in qua signū exclusiuū nō negat̄. quia tunc et subiectū et predicatū distribuibilia supponent cōfuse distributiue. vt nō tm̄ homo est animal. Dr̄ nec ꝑ signū vl'e impedit̄. quia si sic. tunc subiectū et predicatū supponerēt confuse distributiue. vt tm̄ omnis hō ē animal. ¶ Quindecima regula sic intelligitur. Et possunt super ea fundari tres regule. Et prima Mar. omnis terminus supponēs cōmuniter sequēs mediate. signum vniuersale affirmatiuū nō impeditū

cadens supra copulā ꝓpōnis. supponit cōfuse tm̄. Dicit nō impeditū. qa tūc supponeret determinate vt nō ois asinus bois currit et lij bois stat determinate. Dr̄ cadens supra copulā ⁊c. Et aduerte qꝫ id signū dr̄ cadere i copulam. qō non est pars extremi id est subiecti. sicut communiter in ista cuiuslibet bois asinus currit. lij cuiuslibꝫ nō ē pars extremi. Illud aūt dr̄ non cadere in copulā. qō ē pars extremi vt asinus cuiuslibet bois ē aīal lij animal ḡ in ista stat determinate. ¶ Vnde qñcūqꝫ signum ponitur inter partes extremi tota eius virtus de cōsuetudine logicoꝝ. relinquitur inter partes extremi. Licet etiam potest intellectus tale signū concipere vt est pars illius extremi. et vt tota eius virtus terminabitur. in termino cui immediate additur. vt ois bō ē aīal. lij ois pōt intellectus capere qꝫ sit pars extremi. vt sit sensus. res existēs ois bō ē aīal. Iste tm̄ qꝫuis cōmuniter nō distinguūtur. de rigore tm̄ dīt distingui. ¶ Scōa regula. Aggregatum ex recto ⁊ obliquo sequēs imediate. signū vniuersale affirmatiuū nō ꝓcedēte obliquo. rectū supponit confuse distributiue. vt qlibet asinus bois currit Et tenendū ē ꝓ regla Qꝫ signū nō distribuit aliquē terminū nisi sit eusdē casus cū ipō. si sit incōplexus. Si autē sit cōplexus nō distribuit nisi pars principalis que est determinabile sit eiusdem casus cum signo. ḡ h cuiuslibet bois asinus currit. lij asinus stat confuse tm̄. hominis vero cōfuse distributiue. et hoc ē qō dicit Mar. in regula. xv. Et ex ista sequit̄. ¶ Tercia regula. que est determinatio. et suum determinabile eodem modo supponunt. vt omnis homo albus currit. ¶ Sedecima regula est intelligēda de duobus signis quorum qōlibet seorsum distribueret ipsum. Et vt regula sit vīter vera. Aduerte. qꝫ quando cūqꝫ sup eundē terminū cōiter supponentē. cadunt duo signa distributiua quoꝝ vnū ē negatiuū. resolubile in negationem. et signum vniuersale affirmatiuū. sic qꝫ illa negatio et primum signum mutuo se impediant. remanente virtute confusiua signi affirmatiui in qō signum negatiuum resolutū fuerit tunc terminus sequens talia duo signa. supponit confuse tm̄. Et quādocūqꝫ neutrum illorum signoꝝ sit isto modo resolubile. tunc talis terminus supponit determinate in qcūqꝫ ꝓpōne ponatur. Et hoc qñ non fuerit. aliud signum confusiuū ꝑ ter talia duo signa distributiua. vt lij homo in ista nullū caput ois bō habet supponit confuse tm̄. licet ꝓpositio nō sit vniuersalis. ꝫ indefinita. vel particularis. vt Jo: Dorp. Causa est quia. lij nullū potest resolui in lij omne. et lij non. dicendo omne caput non omnis homo habet. ibi lij omnis et non mutuo se impediūt super illo termino homo. Et quia aduc manet virtus illius signi. s. omne confusiua et non impedita. ideo ratione eī lij homo supponit confuse tantum. Et dicitur. quando non fuerit. aliud signum ⁊c. quia in ista ois homo differt ab omni bole. lij homine stat

confuse tantum.eo q̄ preter negationem inclusam in lĩ differt. et preter lĩ omnis.ponitur aliud signum cõfusiuum.in principio propositionis. Sed in ista homo differt ab omni homine.lĩ homo supponit determinate.et quo preter illa signa distributiua nõ ponitur aliud signũ cõfusiuũ nec aliqõ illorũ distributiuorũ ẽ illo modo resolubile. Regula ℊ Marsilĩ ẽ vt frequenter vera

¶Decima septima regula. Terminus communis sequens verbum significans actum anime interiorem in quem transit actus illius verbi suppo nit confuse tantum.sunt aũtẽ huiusmodi verba debeo promitto appeto cognosco diligo ⁊cĩs.vt promitto tibi equũ vel promittitur tibi equus tam lĩ equum q̄z lĩ equus.supponit confuse tantum.debet eñ disiũctim descendi.¶Decima octaua regula. Terminus communis sequẽs aduerbia numeralia mediante verbo in eadem propositione supponit confuse tantum.vt bis comedi panem.ergo istum panem vel istum vel istũ panẽ bis comedi ⁊c.lĩ panem supponit confuse tantum.¶Decima nona Regula. Terminus cõmunis sequens copulatum.ex terminis de p̃dicamẽto vbi.aut quando.supponit confuse tantum. Exemplũ vt prage et Rome venditur piper.hodie et heri audiui missam. tam lĩ piper q̄z lĩ missam supponit confuse tantum.debet enim descendi disiunctim.et non aliter. et hec de regulis suppositionũ dicta sufficiant.

Notandum tercio. q̄ Marsilius

finaliter de suppositione confusa tantum distincta ratione signorum specialium confusiuorũ.actum.scilicet anime interiorem importantium ⁊c. Vnde actus anime sunt duplices.scilicet Interiores.et sunt actus intellectus vel voluntatis eliciti.vt intelligere velle.et cetera

Alij sunt exteriores et sunt actus potentiarum sensitiuarum vt sunt videre au-
dire ꝛc. ¶ Est ꝯ intellectus Regule Decimeseptime iste. Terminus sup-
ponens cōmuniter sequēs dictionē actū anime interiorē importantem
affirmatiue. rectus a tali dictione in quā transit actus importatus ꝑ talē
dictionem. supponit cōfuse tm̄. vt sunt contemno desidero ꝛc̄ijs. et eorū
participia. dr̄ sequens quia si precederet nō oporteret tūc ipm̄ supponere
cōfuse tm̄. vt hoiem cognosco lij hominē stat determinate. dr̄ dictionem
actū anime ꝛc̄. quia cū importaret actū anime. sensuū exteriorum. tūc pōt
stare determinate. et nō cōfuse tm̄ virtute talis dictionis. vt video lapidē
Dr̄ affirmatiue. id est dū modo talis dictio nō includat negationem. quia
si talis dictio includat negationē. Extūc talis terminus supponit cōfuse
distributiue virtute negationis incluse. vt lij lectionem in ista ignoro le-
ctionē. Dr̄ rectus a tali dictione in quā transit actus ꝛc̄. quia si nō regeret̄
a tali dictione. tūc nō supponeret cōfuse tm̄. ꝫ determinate vt lij intellectu
in ista. Cognosco hominē intellectu. qm̄ lij intellectu. nō denotat̄ transire
actus huius verbi cognosco. Silr̄ dicendū de istis verbis. obligor. et re-
quiro. Et dicit hic Joannes Dorp. ꝙ sub termino taliter supponente. s.
cōfuse tm̄ ratione hmōi dictionū. nō licet descēdere quocūqꝫ modo. quia
inqt talis terminus appellat suā rationē formalē. ꝛ a termino taliter stāte
cōfuse tm̄. ad ipsum stantē determinate ē bona cōsequētia. nisi aliud impe
diat vt cognosco hoiem ergo hoiem cognosco. et hec ē sentētia Joannis
Buridani. oppositum tn̄ tenēt alij et dicūt ꝙ potest descēdi disiunctiue
vt dicit Mar. in textu. de hoc i tractatu descēsuū. ¶ Decimaoctaua regula
sic intelligitur. Terminus cōmuniter supponēs. sequens aduerbium vel
nomen adiectiuū numerale. in eadē ꝓpōne. rectus a verbo. ex vi trāsitiōis
a parte post. determinato ꝑ hmōi numeralia. Et dū modo coniunctio in-
clusa. in huiusmodi numeralibus teneatur diuisiue. supponit confuse tm̄
vt bis cantaui missam. duplex ē suppositio ꝛc̄. tam lij missam. qꝫ lij sup-
positio stant cōfuse tm̄: dr̄ sequēs q̄a alias nō oportet. dr̄ rectus a tli v̄bo
mediāte aduerbio vel adiectiuo numerali. quia si nō. extūc nō supponeret
cōfuse tm̄. vt sor̄ q̄ bis bibit vinū ē aīal. lij aīal stat determinate. Dr̄ ex vi trā
sitionis. q̄a si nō regeretur ex vi trāsitionis. nō staret cōfuse tm̄. vt bis legi
missam gratia dei. ibi gr̄a stat determinate. Dr̄ dūmō cōiunctio inclusa. te
neatur diuisiue. q̄a si tenetur complexiue. nō oporteret. ꝙ staret cōfuse tm̄.
Et causa est. q̄a tales ꝓpōnes equalent vni ypothetice copulatiue. cōpo-
site ex duabus kathegoricis. que nō pn̄t verificari de vna et eadē re Vnde
Coniūctio tenet̄ duplr̄ s. diuisiue. et hoc qn̄ cōiungit duas vel plures ꝓ-
positiones cathegoricas. Alio modo cōplexiue. vt qn̄ cōiūgit terminos.
vt homo et asinus est animal. que est congrua capiēdo lij. et. complexiue

et falsa. cū nullū sit vnū animal. homo ē asinus. capiendo autē. et diuisiue esset vera: et valet tm̄. hō ē animal et asinus ē aīal. ¶ Decima nona Regl'a. eodē mō ꝑ oīa ē intelligēda. sicut ꝑcedēs Et eadē ratio regule ē assignāda ista em̄ Parisius et Rome vēdit̄ piper. ē resolubilis in vnā ypotheticam istā. s. Parisius vendit̄ pip̄ ⁊ Rome vēdit̄ pip̄. mō iste due ypothetice nō verificant̄ ꝓ vno determinato pipere. ḡ in ꝑma lij piper supponit cōfuse tm̄. al's esset falsa q̄ tn̄ cōiter cōcedit̄. Et aduerte. Vt dicit Joannes Dorp q̄ nō solū copulatū de terminis ꝑdicamēti. vbi aut qn̄ facit stare terminū sequentē cōfuse tm̄. verū copulatū cuiuscūq̄ ꝑdicamēti. vt hō et asinus ē animal. ibi lij aīal supponit cōfuse tm̄. capiēdo lij et. diuisiue. q̄a si caperetur cōplectiue. staret determinate et esset falsa. pz Preter istas regulas ponitur talis Regl'a. Omne sinkathegreuma mixtū (id est ex kathegreumate ⁊ sinkathegreumate distributiuo constitutū) facit terminū sequentē imediate stare confuse tantum disiūctim. vt sunt vbiq̄ semper. infinitum eternum. vt semper homo fuit. lij homo stat confuse tantum ⁊c̄.

De suppositione cōfusa tm̄ copulata. ponitur Prima Regula.

Omnis terminus cōmuniter supponēs sequēs imediate signū collectiue tentū supponit cōfuse tm̄ copulatim. vt oēs apl'i dei sunt. xij. Et dr̄ collectiue tentū. quoniā distributiue tentū facit stare terminū cōfuse distributiue. se sequentē. pz. vn̄ q̄libet talis de signo tali ē distinguēda. penes signū collectiue et distributiue tentū. ⁊ nō simpl'r iudicāda i veritate. ⁊ terminoꝝ acceptione. ¶ Scd̄a regula. Omne predicatū exclusiue gr̄a pluralitatis exposite. supponit cōfuse tm̄ copulatim dūmodo signū nō impediat̄ exclusiuum. vt tantum quinq̄ sunt predicabilia. lij predicabilia stat cōfuse tm̄. copulatim. subiectum vero stat determinate

Contra arguitur primo sic. Mar.

ē insufficiēs. Tum q̄ nō fecit mētionē de suppōne cōfusa tm̄. tū q̄a nō fecit mētionē de suppōne terminoꝝ sinkathegreumata. mixta sequentiū ⁊c̄ijs ¶ Scd̄o sic. Nullū sinkathegreuma nō ampliatiuū pōt cadere in copulā ḡ regula. xvj. falsa: Añs ꝓbat̄. q̄cq̄d cadit in alteꝝ terminat eiꝰ depēdentiā. ꝫ nulla copula cū sit purū sinkathegreuma. ꝑmo ꝑiar. terminat depēdentiā alicuiꝰ sinkathegreumatis. ḡ ⁊c̄. maior pz. q̄ nihil cadit in alteꝝ. cuius ip̄m nō ē susceptiuū. neq̄ eiꝰ depēdētie terminatiuū. ¶ Tercio sic. Ista est incōgrua hō et asinus ē aīal. ḡ lij aīal nō stat cōfuse tm̄ disiūctim. añs patz q̄a geminatū singulare eq̄pollet pl'i. aīal aūt ē singularis nūeri. sil'r copula.

¶ Ad primū dicendū. q̄ licet Mar. nō fecerit mētionē de tali suppositiōe expsse. satis tñ fecit fauēdo breuitati. cū determinauit de cōfusa tm̄ disiūcta ¶ Ad scdm dicendū q̄ licet sinkathegreumata nō cadāt i copulā. ratione partticularisationis. vel distributionis. sicut cadit i terminos kathegreumaticos. tñ bñ cadūt in ratione vnionis. id est sub ratione q̄ ē extremoꝝ vnitiua. Et qñ dr̄ ē sic purū sinkathegreuma ḡ ꝛc̄. Dicēdū. saluo meliori iudicio. q̄ ipsa vt sic p̄cise accepta. id est extra actū cōiūgēdi extrema sumpta. sicut extra ꝓpositionē. nō determināt̄. ꝫ ꝓ quāto ē vnitiua extremorū vñ ipsam copulā vna cū sinkathegreumate determināte ipam. cadit ad extrema q̄ vnit. ¶ Ad terciū. negat̄ añs. ad ꝓbationē dr̄. q̄ verꝫ ē capiendo lij et. cōplexiue. nō aūt qñ capit̄ diuisiue

Tractat' Scds minus p̄ncipalis de suppōne terminoꝝ Relatiuorū

Estat iā dicere. de suppositione terminoꝝ relatiuoꝝ de quibus primo ponunt̄ aliq̄ diuisiones. Quaꝝ prima ē hec. Relatiuoꝝ. quedā sunt Substātie. vt is suus idē ipse sui alter. neuter et similia. Quedā sunt accidētis. vt totiens. quotiens tale. tot. tm̄ et silia. Et dicunt̄ relatiue substātie. q̄a circa res ꝓ quibus supponunt sua antecedētia. nō cōnotāt adiacere. qualitatē aut quātitatē. aut aliq̄ talē dispositionē extrinsecā. de p̄dicamēto accidētis. ꝫ supponūt ꝓ rebus ꝓ q̄bus supponūt sua añcedētia. sine aliqua tali aliena cōnotatiōe Per oppositum relatiua accidentis. ideo dicuntur accidentis. quia connotant dispositionem seu habitudinem alicuius predicamenti accidentium. Exemplū vt tale cōnotat qualitatem. quātum connotat quātitatē totiens quotiēs

Notandum primo. q̄ iste ē Scōs

Tractatus huius principalis suppositionū tractat⁹. In quo Mar. agit de suppōne terminorū relatiuorum. et cōtinet tria capitula. In quorum primo agit de diuisionibus et diffinitionibus terminorum relatiuorum more boni iuuenum preceptoris. Pro noticia quorum aduerte: Q̄ relatiuum prima sui diuisione est dupler. s. Logicale. de quo nihil est ad p̄positum. cū eodē mō supponat sic̄ terminus absolutus. vt pater ⁊c. Aliū est relatiuū grāmaticale. Quod pōt capi dupliciter. s. prime intētionaliter siue p̄ denoiato. Et est terminus Mentalis vocalis vel scriptus excitās intellectū ad formandū cōceptū. De añcedēte. et hoc ē qō dr̄ communiter Relatiuū est ante late recordatiuum rei. id est añcedentis. vt soř currit et ille mouetur. lic̄ ille est relatiuū grammaticale. et de isto⁹ ageř hic i suppositione. Alio modo capiř scōe intētionaliter siue p̄ p se p̄cato. et ē respect⁹ rationis attributus p̄ intellectum. termino mētali vocali vel scripto. sub ratione excitationis. intellectus ad formandū noticiam de re añcedētis Nō Relatiuū prime intētionaliter siue p̄ denoiato captū est tripler. s. referens tm̄. et est sinkathegreuma purū. imediate additū. suo relato. limitans ipsum ad stādum relatiue. Nō termin⁹ dr̄ stare relatiue. q̄ imediate determinatur p̄ pnomē demōstratiuū relatiuū. vt Soř currit et ille Soř mouetur. lic̄ ille ē pur̄ sinkathegreuma. qa ei p̄cise corr̄ndet actus excitādi intellectum. lic̄ soř vero tenetur relatiue qa prius i añcedēte est positum. ⁊ tandem p̄ pnomē. s. lic̄ ille determinatum. ad standum relatiue. Et tale relatiuū cū significet aliqualiter p̄cise. nō supponit psonaliter captū. Aliud ē relatum tm̄. et ē añcedēs p̄ pnomē relatiuū imediate determinatū. vt soř currit et ille soř mouet. lic̄ soř scōm. est relatiuū relatum tm̄. qa relatiue denotař accipi. et istud supponit. cū sit terminus absolutus. de istis nō est h̄ ad p̄positū cū satis sit dictū de ipsis. Tercium est relatiuum referēs ⁊ relatum simul. et est sinkathegreuma mixtum. ex actu referendi. et relato simul cōstitutum. ⁊ p̄ stante. Dicit referens et relatum simul. vt soř est animal ⁊ ille est substātia. lic̄ ille est relatiuum referēs. quia excitat potētiam ad formādū noticiā. et dr̄ relatū qr ad noticiā añcedētē excitat et vicē añcedētis supplet. Et de istorum suppōne. hic agit Mar. Et talia vt dicit Mar. sunt duplicia. s. Substātie ⁊ sunt q̄ in referēdo suū añcedēs nō cōnotāt aliquā dispositionem accidentalem. adiacere rei p̄ qua supponit suū antecedēs neq̄ alicui rei cōparate rei añcedentis vt suus ⁊c. Et quo sequit̄ q̄ relatiua substantie nō ex eo dicunt̄. quia subam referāt. quia indifferenter possunt substantiam et accidens referre. Sed quia non connotant aliq̄s dispositionem adiacere rei p̄ qua supponit suum antecedēs vel rei comparate

rei antecedētis. Alia sunt accidētis et sunt que in referendo suū antecedēs cōnotant aliquā dispositionē adiacere rei pro qua supponit suū añcedēs vel rei cōparate rei añcedētis. vt sor̄ est albus et talis ē plato. ibi talis ē relatiuum accidentis. et refert lij sor̄ et cōnotat dispositionē accidētalem vt albedinē adiacere socrati et platoni qui cōpatur ad socratē in ratione albedinis. Dicitur ergo accidētis. quia cōnotat dispositionē tali vel tali rei adiacere. et nō quia referat accidēs. vt patet in textu

¶ Scda diuisio. Relatiuorum substātie. quedam sunt relatiua idētitatis vt idem is suus ipse sui. et similia. Alia sunt diuersitatis. vt reliquus. alius alter et similia. Et dicuntur idētitatis. quia accipiunt̄ pro eodem. pro quo accipiebatur suū antecedens. Sed diuersitatis dicuntur que nō accipiūt̄ pro eodem pro quo accipiebat̄ antecedens. Itē relatiuorū idemtitatis. Quedam sunt reciproca. vt se suus. Alia nō reciproca vt ipse idem et silia. et est talis differentia inter ista. quia relatiuū reciprocum referens totale subiectū ꝓpositionis. ponit̄ ī eadē ꝓpōne. cum suo antecedēte. et ꝑcat actū signatū per verbum īmediate transire. in rem ꝓ qua supponit antecedēs Exemplū sor̄ diligit se. sor̄ studet sibi vel sor̄ equitat suū asinū. ī omnibus eñ ꝑcatur q̄ actus signatus per verbum insit ipsi socrati. in tercia propositione ꝑcatur qd̄ equitatio. fit ab ipso socrate. respectu asini ab eo possessi et hoc semper importat rem pro qua supponit suum antecedēs. non sic est de relatiuis nō reciprocis. nam quando referunt totale subiectum ꝓpositionis semper ponūt̄ in alia ꝓpositione. et actum per aliud verbum signatū. exprimunt respectu sui antecedētis. vt hic sor̄ currit et ille mouet̄ Ecce qualiter lij ille ponitur in alia propositione et alium actū significat transire in socratē. q̄ illum quē ꝑcat primū verbum

Notandum scdo. ꝙ marsilius hic

Subdiuidit vnum membrum predicte diuisionis dicens. Q̃ duplex ē Relatiuum substātie. s. idemtitatis. et est qd̃ refert suum antecedēs p̃cise pro illo vel ꝓ illis. ꝓ quo vel quibus tale antecedens accipitur. Et est duplex. s. Reciprocum et nō reciprocū. reciprocū ē. qd̃ in referendo suū añs. existens totale subiectum vel pars principalis denotat actum ꝑ verbum importari transire imediate in rem ꝓ qua supponit suū antecedēs. Et tūc ponitur in eadem kathegorica. vt dicit Mar. cū suo antecedente. vt sor̃ diligit se. Et dicūtur reciproca quia actus verbi in eundem terminū a quo ꝓcedit reflexiua ad similitudinē motus reciproci. q̃ idem habet ꝓ termio a quo. et termino ad quem. vt dicit. vj. phisicoꝝ. Vnde dicit Sco. dis iiij. primi. q. j. ꝙ ꝓnomen reciprocum denotat actum terminari ad idem suppositum a quo procedit ille actus. aliter nō esset reciprocum. Sz relatiuū non reciprocum est qd̃ refert suum antecedens existens totale subiectum vel principalis pars subiecti. non denotans actum per verbum importatum. transire imediate in rem. ꝓ qua supponit suum antecedens. et non ponitur in eadē kathegorica cū suo antecedente. vt sor̃ currit et ille mouet̃ Aliud est relatiuū substantie diuersitatis. et est qd̃ importat aliud vl' alia q̃ꝫ suū antecedens. vt sor̃ currit et alius legit. Aduerte qd̃ Relatiuum accidentis etiam est duplex. s. Idemtitatis et ē qd̃ natum ē supponere pro re simili vel equali rei pro qua verificatur ꝓpositio sui antecedentis. vt sor̃ ē albus et talis est plato. Et tale est duplex. s. reciprocū. et non reciprocum. Reciprocū qd̃ in referēdo suū añcedēs denotat. dispōnem accidētalem. reflecti in rē antecedētis vel rē compatā rei antecedētis vt sor̃ videt se taliter qualificatū. sicut plato lij talr̃ qualificatū ē relatiuū idētitatis reciprocum Sed non reciprocū dr̃. illud qd̃ in referendo suū añcedens nō denotat dispositionem accidentalem. reflecti in suū antecedēs vel rem comparatam rei antecedentis. vt sor̃ est albus et talis est plato. lij talis est relatiuū accidentis idemtitatis non reciprocum. Aliud est relatiuum accidētis diuersitatis. et est qd̃ natum ē supponere ꝓ rei dissimili vel inequali: rei ꝓ qua verificabile est suū antecedens. vt sor̃ est albus et alteriusmodi est plato. Et est duplex. s. reciprocum vt se aliter qualificatum. Aliud non reciprocū vt aliter ꝛc̃. cum enim dicitur sor̃ videt se aliter qualificatum denotat̃ actꝰ per verbum importatus. s. videt ad idem suppositum terminari a quo exiuit sub alteritate. tamen dispositionis accidentalis. rei antecedentis. vel rei comparate rei antecedentis. In ista vero sor̃ est aliter qualificatus, nō fit huiusmodi actus verbi ad idem verbum reflexio. quare nec aliqua reciprocatio Practica. ¶ Et aduerte. Q̃ relatiua sunt adinuenta.

Ad plenarium et determinationem formandum conceptum antecedentis. sub identitate vel diuersitate consideratum. quem quidem non sufficiunt facere antecedentia. etiam loco talium relatiuorum sumpta. In ista cō Socrates currit et ille mouetur. est plenior conceptus socratis. q̄ in ista Socrates currit et socrates mouetur. Et hoc habent relatiua ex sua impositione. patet.

Tunc sunt regule de relatiuis identitatis. Prima. relatiuum identitatis pro nullo supponit. nisi propositio in qua ponitur suum antecedens. p aliquo verificetur. pbatur sic. quia non potest supponere nisi pro illis p quibus propositio in qua ponitur suum antecedēs verificet. Assumptū pbatur. nam si relatiuum supponeret p alijs q̄ p illis p q̄bus ꝓpositio in qua ponitur suum antecedēs verificat. g̃ hec debet concedi. asinus est animal. illud est homo. q̄ falsum ē. quia cōmuniter repūtat q̄ illud aīal q̄ē asinus sit hō. q̄ nō ē verū. pbaī cōsequētia. nā si illj illud supponeret p alijs aialibus. q̄ p illis p q̄bus hec asinus ē aīal verificaī. tūc staret p boīe et alijs animalibus indifferenter. sicut iste terminus aīal. et sic subiectū et predicatū huius ꝓpōnis nō supponeret p eodē. et p pīs dicta propositio nō esset vera. Et hac regula inferī Corollarie. q̄ nō oportet. si aīs loco relatiui positum faciat ꝓpōnem verā. q̄ relatiuum ibidem positum faciat illud idē. patet hoc. nam hec ē vera. asinus est animal. et animal est homo. Sed tamen ponendo loco sēdi animal hunc terminum illud. erit falsa. hec enī est falsa asinus est animal et illud est hō. vt prius dicebatur. Et causa huius est hec. quia antecedēs supponit p pluribus q̄ relatiuū

Relatiuum em̄ solum supponit pro illis pro quibus ꝓpositio in qua po
nitur suum antecedens verificatur. Scd̄a regula nō oportet Relatiuum
pro tot supponere sicut suum antecedēs. patet hoc ex declaratione regule
precedentis. Nam relatiuū solum supponit pro illis ꝑ quibus ꝓpositio
in qua ponitur suū antecedēs verificat̄. Sed antecedēs sepe supponit pro
pluribus alijs. vt in ista. asinus ē animal. lij animal supponit indifferēter
et disiunctiue. ꝑ omnibus alijs animalibus sed solum ꝑ rudibilib⁹ veri
ficatur. Tercia regula Relatiuum idemtitatis. si supponit. supponit p̄cise
pro illis ꝑ quibus ꝓpositio in qua ponitur suū antecedēs. verificatur. ita
q̄ nō ꝑ pluribus. nec etiam pro paucioribus prima pars patet ꝑ primā
regulā. scd̄a pars patet. quia intellectus semper accipit relatiuū ꝑ illis ꝑ
quibus ꝓpositio in qua ponitur antecedens verificatur. vt hic omnis hō
est albus. et ille est coloratus intellectus capit lij ille ꝑ hominibus albis.
quia pro illis ꝓpositio in qua ponit̄ añcedēs verificat̄. et hec regula etiam
patet ex alio. cū omnes dicūt. q̄ relatiuū ꝑ illis supponit. ꝑ quibus pro-
positio in qua ponit̄ suū añcedens verificat̄. que igitur esset ratio. qd̄ pro
vno et nō ꝑ alio. relatiuū supponeret. patet. q̄ nulla. Relinquitur igit̄. q̄
relatiuum pro omnibus supponit pro quibus ꝓpositio in qua suū ante-
cedens ponitur verificatur. et non pro pluribus ex qua sequūtur aliq̄ co-
rollaria: primū: Relatiuū qñq̄ supponit añcedente suo non supponente
patet in hac copulatiua. añchristus non est et ille erit. nam lij añchristus

nō ſupponit vt patebit in principio totius Tractatus. et lij ille ſupponit
pro añchriſto qui erit. quia pro illo dicta ꝓpoſitio. añchriſtus non ē. ve-
rificatur. igitur per precedentem regulam lij ille pro illo ſupponeret

Notādū tercio. q; iſtud ē capitulū

huius tractat⁹ ſcdi. In quo Mar. determinat de ſuppoſitione relatiuoꝝ ponendo regulas. Pro intelligentia quarum. ponuntur alique ꝓpōes. ¶ Prima. Añcedens relatiui ē terminus exꝓreſſe vel implicite ante relatiuū poſitus. cōformatiuus i numero genere et perſona. cum relatiuo. ad cuius ſcati noticiam formandā excitat relatiuū ipſum. vt ſoꝛ currit et ille mouetur. lij ſoꝛ ē antecedēs exꝓreſſum. huius relatiui ille. ¶ Scda propoſitio. ꝓpoſitio antecedētis ē ꝓpoſitio includens exꝓreſſe vel implicite antecedens relatiui. ¶ Tercia ꝓpoſitio. ꝓpoſitionē verificari. eſt ipſam ꝓ ſuo ſcato totali ⁊ ꝓpoſitionali accipi. Vel ē ipſam de ꝓnomine eius ſcatum totale demonſtrante enūciari. ⁊ hoc fit loco ꝓpōis aſſumpta aliq̄ littera vt iſta homo ē animal verificaretur ſcōm iſtum ſcōm modū ſic hoc eſt. h demonſtrato. per lij hoc eius totali ſcato. Primū tñ ē verius. diſtinctio ſit iſta. Duplex ē relatio. ſ. Simplex. ē quando relatiuum ſupponit ꝓ eadē re in ſpecie et non in numero cū ſuo antecedēte. vt mulier clauſit q̄ portā reſeruauit. antecedēs ſupponit ꝓ eua. lij que genitrice dei. Alia ē ſuppoſitio perſonalis que eſt quando relatiuū et ſuū antecedens ſupponit ꝓ eadem re in nūero. exemplū ꝓz. Iſtis preſuppoſitis. tres regule Mar ſilij poſſunt vna regula formari. Itaq; aduerte. Q; quia relatiuū idemtitatis ſubſtātie nō reciprocū. aut ponit i copulatiua aut diſiūctiua aut ꝑditionali ꝓpōe Si primum de ipſis ertunc fiat prima regula. ex tribus Mar. elicita iſta Omne relatiuū idemtitatis ſubſtantie nō reciprocū. ſupponēs in ꝓpōe copulatiua affirmatiua. et relatione ꝓſonali referens. non reſtrictum nec ampliatū. ſupponit ꝓ illo vel illis ꝓ quo vel quibus verificatur ꝓpoſitio ſui antecedētis. Dicitur notāter idētitatis. et ꝓ hoc excludunt relatiua diuerſitatis. quia talia non ſupponunt ꝓ eodem pro quo ꝓpoſitio añcedētis eſt verificabilis. vt hō currit et alius reſumit. Dicit ſupponens. quia ſi nō ſupponeret. etiam nō oportet q; ꝓ eodem cū antecedēte ſupponat Vbi aduerte. Q; relatiuū idētitatis ſubſtantie aliquando ſupponit eius antecedēte nō ſupponēte. et ecōuerſo añcedēte nō ſupponente. relatiuum poteſt ſupponere ꝓ eo ꝓ quo ꝓpoſitio antecedētis ē verificabilis. ꝓz hoc ex corollario Mar. tercie regule. vbi dat exemplū dicēs. añchriſtus non ē et ille erit. lij ille. ſupponit ꝓ añchriſto qui erit. vt dicit Mar. qñ ꝓpoſitio

antecedentis est verificabilis de ipso. antecedens vero. s. lij añchristus nō supponit cū nō p̄t esse verificari de aliquo mediāte copula lij est. scōm p̄z dupliciter primo ꝓpter determinationē a referribilitate antecedētis ip̄i relatiuū alienāte. vt lij ille. in ista hō est risibilis et ille existēs asinus ē aial. nō supponit. cū remoueaī ab eo essentiale. s. antecedēti referribilitas. scōo hoc fit ꝓpter falsitatē ꝓpōnis añcedentis. vt lij ille in ista. hō ē asinus ⁊ ille ē rationalis. non supponit. p̄z quia in copulatiua relatiuū supponit p̄o illo vel illis. ꝑ quo vel quibus. ꝓpositio sui antecedentis verificaī. Sz ꝗa ꝓpositio sui antecedentis ꝑ nullo verificari p̄t. cū sit ꝓpositio impossibilis impossibile aūt de nullo verificari p̄t sicut nec aliq̄d de ipso. vt dicit Sco. ij. dis. primi. q. ij. quare ⁊c. Dicit in ꝓpōne copulatiua affirmatiua. quia in distributiua et cōditionali nō oportet tale relatiuū supponē vt diceī inferi⁹. Dī referēs relatione psonali. ꝗa si relatiuū referret antecedēs relatione simplici. nō oportet tunc ꝙ supponat ꝑ eodē in numero ꝑ quo ꝓpositio añcedentis ē verificabilis vel añcedēs. ꝫ sufficit ꝙ supponat ꝑ eodē in specie ꝑ quo suū añcedēs ē vificabile. vt femina peccauit q̄ saluauit lij q̄ supponit p̄o eodem in specie. et nō in numero. vt dictū ē p̄ius. Dī nō restrictum nec ampliatū. ꝗa si sic. ertūc non supponet relatiuū. non supponit ꝑ illo vel illis ꝑ q̄bus ꝓpositio sui antecedētis verificaī. vt lij ille in ista hō ē aial et ille existēs soī currit. ꝗa antecedētis ꝓpositio nata ē verificari p̄o omni hoie disiūctiue. ꝫ lij ille solū ꝑ socrate. ratione restrictionis Dī ꝑ illo vel illis ꝑ quo vel q̄bus ꝓpositio sui añcedētis verificaī. ad innuendū ꝙ in copulatiua non oportet relatiuū supponere ꝑ omni illo vel illis p̄o q̄bus añcedens natū ē supponere. vt dicit Mar. in scōa regula. ꝫ sufficit ꝙ supponat ꝑ eo ꝑ quo ꝓpositio sui añcedētis ē verificabilis ⁊ nō ꝑ pluribus vel paucioribus. vt dicit Tercia regla Mar. vt animalē rationale et illud ē hō lij illud supponit ꝑ animali rationali q̄m ꝑ illo verificaī ꝓpositio sui añcedētis. ꝫ lij animal q̄d ē suū añcedēs supponit ꝑ omni aniuali disiūctiue. vt dicit Mar. in prima et scōa regulis. Et scito. Oz Mar. in prima et tercia regulis nō ꝓtradicit sibi ipsi licet videaī vt fateī ipse met in obiectione prima tert⁹ imediate sequētis. p̄z ꝗa hoc facit ꝑ famositate studij Parisieñ. et etiam ꝑ diuersitate tp̄is. et q̄d maius est nō tanta capacitas ingenij. nunc et tunc. vt fateī ipse. Sin aūt relatiuū idemtitatis substantie ponaī in ꝓpositione disiunctiua. de ipso sit. ¶ Scōa regula. Relatiuū idētitatis substantie non reciprocū supponens in ꝓpōne conditionali. supponit p̄o illo vel illis p̄o quo vel quibus suum antecedens si loco eius poneretur supponeret. et non oportet ꝙ supponat p̄o illo v̄ illis ꝑ quo vel quibus. propositio sui antecedentis verificatur supposito ꝙ p̄o aliquo verificetur talis ꝓpositio. patet ꝗa ista cōmuniter nō conceditur

deus nõ ẽ. si ipse ẽ omnipotẽs. et tñ si illud relatiuũ ipse solũ supponeret ꝓ illo vel illis ꝓ quo vel q̃bus ꝓpositio sui añcedẽtis ẽ verificabilis. ipsa esset vera q̃a sensus ei⁹ ẽ. deus nõ ẽ si ipse deus q̃ nõ ẽ ẽ oipotẽs. ⁊ ille sensus ẽ verus. cũ sit bona ꝯñtia. cũ añcedẽs ẽ ꝓpositio ĩpossibilis. mõ oĩs cõditionalis cui⁹ añs ẽ impossibile ẽ vera. et silr̃ dicat̃ de ista soꝛ̃ ẽ asin⁹ si ipse ẽ hõ. Sin v̓o tale relatiuũ ponat̃ ĩ ꝓpositiõe disiũctiua de ipso sit tal̃. ¶ Tercia regula. Relatiuũ idẽtitatis substãtie nõ reciprocũ. supponẽs in ꝓpõne disiũctiua. nõ mõ supponit ꝓ illo vl̃ illis. ꝓ quo vl̃ q̃bus ꝓpositio sui añcedẽtis verificat̃. ꝫ etc̃ ꝓ omni illo. ꝓ quo supponit suũ añs. ista em̃ cõcedit̃ soꝛ̃ currit vel ipse q̃escit et tñ si lij illud solũ supponeret ꝓ illo pro quo ꝓpositio sui añcedẽtis verificat̃. ipsa esset falsa. posito q̃ soꝛ̃ nõ curreret. cũ fiet. tũc disiũctiua cuius vtraq̃ pars p̃ncipalis ẽ falsa. pz dicẽdo soꝛ̃ currit. vel ipse soꝛ̃ q̃ currit q̃escit. et h̃ ẽ falsum. Silr̃ ẽ de ista soꝛ̃ ẽ asinus vel ipse ẽ hõ. pz. Corollarie seq̃tur Primo. vt dicit Mar. in prime regule corollario. q̃ in copulatiua affirmatiua loco relatiui nõ cõuenit ponere añs pz. q̃a ꝓpositio de añcedẽte assumpto. loco relatiui esset vera. q̃ tñ relatio assumpto ad suũ locũ esset falsa. Exem̃ pz apud Mar. in prima regula: et ratio. Scd̃o sequit̃. q̃ in disiũctiua et ꝯdicionali. loco relatiui licet ponere antecedens cũ pro eo supponat. patet dicendo soꝛ̃ ẽ asinus vel ipse est hõ soꝛ̃ ẽ asinus vel soꝛ̃ ẽ hõ. vtraq̃ ẽ vera pz. silr̃ idẽ ẽ dicere quãtũ ad veritatẽ soꝛ̃ ẽ hõ si ipse ẽ asinus. soꝛ̃ est homo si soꝛ̃ est asinus.

Cõtra arguit̃ primo sic. Relatiua

non supponunt ḡ ⁊c̃. Antecedẽs patet. tum quia sunt sinkathegreumata pura. patet dicendo ille hõ mouet̃ ⁊c̃. et nihil eis corñdet in mente preter actũ referẽdi. tum q̃a sunt pura adiectiua. et extra demonstrationem et relationẽ nihil ꝑcantia vt dicunt grãmatici. ¶ Scd̃o sic. Relatiua non supponunt ꝓ ꝑcato ꝓ quo suũ añcedens supponit nec ꝓ illo ꝓ quo ꝓpositio sui antecedẽtis verificat̃. primũ pz dicẽdo. dat deus aureolã qd̃ nomen venit ab auro ⁊c̃. lij qd̃ non videt̃ ꝓ quo supponat. scd̃m pz. q̃a terminus ꝓ eo supponit qd̃ ꝑcat. ꝫ relatiuum non ꝑcat tm̃ quantũ antecedẽs nec tm̃ quãtũ ꝓpositio sui añcedẽtis ḡ ⁊c̃. ¶ Tercio sic. non videtur ratio quare ĩ copulatiua affirmatiua relatiuũ supponat ꝓ eo ꝓ quo verificatur ꝓpositio sui antecedentis. et quare non in disiunctiua et conditionali. ḡ regule false. Item lij econtra et econuerso sunt relatiua idẽtitatis denotãtia conuersionẽ vl̃ conuertibilitatẽ. et tñ non videt̃ ꝓ quo supponãt. ¶ Ad p̃mũ pz solutio. in notabili primo. Ad ꝓbationẽ primã dr̃ q̃ talia relatiua idẽtitatis substãtie nõ reciproca. capiunt̃ triplr̃. s. demonstratiue vt quando demonstrant. vt. qñ in principio ꝓpõnis ponũt̃. vt ille hõ q̃ dr̃ currẽs. lij

ille tenetur pure sinkathegreumatice. et nō supponit. aliomō demōstra-
tiue vt sor̄ currit et ille mouet̄. tercio mō. indefinite vt qñ nō demonstrant
nec referūt aliquā rē certā. vt q̄s nos sepabit a charitate Christi. et sic etiā
nō supponit. cū sit purū sinkathegreuma. ad aliud dicendum ꝙ vt sunt
adiectiua pura nō supponunt sed vt subordinant̄ cōceptui relati sic bene
supponunt. ad aliud dicendum ꝙ relatiua habēt ex impositione p̄maria
referre. et ergo ꝓ illo supponūt. qđ referūt. Et per hoc patet ad scđm scđi
¶ Ad scđm dicit Alexāder in scđa parte doctrinalis. ꝙ lij qđ supponit ma
terialiter. et nō ꝑsonaliter sicut suū antecedens. siue relatū. vel vt dicit Gre
cismus. qđ ibi ē relatio re. et nō voce. et fit qñ relatiuū refert̄ ad antecedēs
expressum. licet vox ad aliud cōformet̄. vt semen qui Christus habet̄ dic̄
Grecismus. vel dicendum ꝙ lij qđ refert lij nomen inclusum sicut supius
in suo inferiori. s. lij aureola: ad aliud: dicendū ꝙ ꝓnomina relatiua id idē
ſcant qđ referunt vel demonstrant. vt dicit Grecis. Sed nomina referunt
substantiā ⁊ ſcant dispositionē accidentalē vel etiam essentialē. vt lij talis
ergo ꝓ illis supponūt que referunt. ¶ Ad terciū dr̄ primo. ꝙ h̄ ē maxime
a modo concipiendi intellectus. aliter et aliter concipientis relatiuum in
copulatiua q̄ꝫ in disiunctiua ⁊c̄. super quo quidem modo cōcipiēdi fun-
datur suppositio relatiuorū sicut et alie passiones logicales. vt dicit Joh.
Dorp i tractatu relatiuoꝝ. dr̄ scđo a q̄busdā. ꝙ quia relatiuoꝝ suppositio
maxime a modo concipiendi depēdet qui ē alius et alius. ad alios hoīes
Ideo omnis ꝓpositio de relatiuo idemtitatis nō reciproco ē distinguen-
da. quia vel relatiuū referet antecedēs ad omne illud pro quo ipsum ē sup
ponibile vel tantūmodo ad illud ꝓ quo ꝓpositio sui añcedentis ē verifi-
cabilis. scđm qđ intellectus potest cōcipere tale relatiuū. ad aliud ⁊ aliud
et isti dicunt ꝙ nō est necessariū ponere tales regulas quas posuimus de
suppositione relatiuoꝝ. modus tñ prior ē veritati conformior ⁊ a Joāne
Dorp: approbat̄. ad aliud dicēdum ꝙ lij ecōtra et ecōuerso. ꝓ alio ⁊ alio
supponūt scđm qđ alterius et alterius cōuertibilitatē vel conuersionē im
portant. Cum em̄ dr̄ homo est animal et ecōtra. lij ecōtra subordinat̄ isti
animal ē homo. et ideo taliū ſcatio dependet a ꝓpositione postq̄ꝫ ponūt̄
Et sil̄r dicatur de econuerso. patet ⁊c̄.

Et si quis diceret. Nego ꝙ hic lij ille supponit. imo dico ꝙ hec est falsa. ⁊
ille erit. quia lij ille ꝓ nullo supponit Respondeo primo. qđ hoc ē contra
regulam precedentē. scđo ꝙ hoc ē contra naturalem conceptionem intel
lectus. Nam posito casu ꝙ añchristus erit et non sit aduc intellectus cō

cipit semper per hanc ꝙ añchristus non sit. et ꝙ añchristus erit. ꝙ tamē
est verum. Tercio hoc ē cōtra cōmunē modū loquēdi. qui in talibus est
maxime attēdendus. vnde relinquitur talem ꝓpositionem simpliciter esse
veram: scdo sequitur ꝙ relatiuū nō supponit semper sicut suum añcedēs
patet quia qñqꝫ supponit suo antecedente nō supponēte. Sed diceret ali
quis. tu alias in suppositionibus tuis dixisti oppositū. scdo diceres. cō
munis scola Parisieñ. dicit oppositū. Ad primū dico. ꝙ ꝓtunc dixi sicut
alij magistri mei de vniuersitate Parisieñ. nec ad hoc modum loquēdi ita
perfecte aduerti. sicut postea feci. nec reputo incōueniēs. si tunc dicta. nūc
in melius īmutaui. ad scdm dico. ꝙ scola Parisieñ nihil aliud vult. nisi qd
precise supponit relatiuū: pro illis ꝓ quibus ꝓpositio in qua ponit suū
antecedens verificatur. Et si aliquid aliud scriberetur aut defenderet sua
respondentia salua modo communi loquendi esset cōtrariū. ꝓpter qd in
hoc sibi non consentirem. Tercio infero ꝙ Relatiuū in ꝓpōne mere de p̄
senti. quandoqꝫ supponit ꝓ eo qd nō est sed fuit vel erit. Exemplū posito
ꝙ Sor̄ fuisset albus. et modo nō esset sed esset niger. hec eēt vera. albū fuit
sor̄ et illud est nigrū. et sic lij illud supponit ꝓ albo qd nō ē. sed fuit. similiter
hic añchristus erit et ille nō est. lij ille supponit pro antichristo qui nō ē
sed erit patꝫ hoc. quia ꝓ istis sua antecedentia verificant̄. Ex quo patet ꝙ
regule magistrorū date de ampliationibus et restrictionibus nō debent
intelligi de terminis relatiuis sed absolutis

Notandum primo. ꝙ Mar. in ista

Littera. ꝓ maiori dictorum elucidatione obicit triplici obiectione. Et primo. Et contra Corollarium tercie regule facit duplicem obiectionem Prima est. quia dictū est in Corollario primo et repetitur. ꝙ lij ille in ista Antichristus nō ē et ille erit. supponit. Contra hoc arguit̄. lij ille non supponit. ꝓbatur sic. quia terminus ꝓ illo supponit qđ ꝟcat. sed lij ille nō significat añchristū futurū ḡ ⁊c̄. maior nota. sill̄ minor. Respondet tripl̄r: Primo per īteremptionē minoris. īmo relatiui grāmaticalis ꝓnoialis relatio est eius ꝟcatio. Scđo ad eandē dicit. ꝑ idē. et dic̄ qđ hoc ē cōtra naturalem intellectus conceptionē. s. ꝙ lij ille non referat añchristum futurꝝ et ita ꝙ non supponat ꝓ eo. quare supponit lij ille. Tercio dicit ꝙ hoc est contra cōmunem modū loquendi logicorum. qui istam concedunt tāqꝫ veram. s. añchristus non est et ille erit. qui inquit modus loquēdi. maiīe est tenendus in huius passionibus logicalibus. et causa est quia talis sequitur modū intelligendi. ea etem̄ que sunt in voce sunt eaꝝ que sunt ī aīa passionū note. Cum ergo mentaliter ista concedatur ḡ ⁊c̄. ¶ Scđa obiectio. militat cōtra primā regulā. Et est quia prima regula est Corollario primo regule tercie. contradictoria. igitur Mar. positio est inconueniēs. Antecedēs patet. regulā et corollariū primū et scđm tercie regule intuēti. Ad quā rñdet benigne et suppliciter dixi inquit in prima regl̄a: oppositū dictis in tercia regula. quia ita fui a meis preceptoribus institutus: nunc aūt inquit cū. magis magisqꝫ modū loquēdi animaduerti oppositum ⁊ melius in corollarijs tercie regule dixi. et ita tenendum. precipit Mar.

¶ Tercia obiectio est contra corollarium primū et scđm tercie regule. et ē talis Corollariū primū et scđm tercie rl̄e est falsum. ḡ male posita. añs pꝫ. quia vniuersitas Parisieñ. dicit oppositum primo et tercio Corollarijs tercie regule. dicūt em̄ vt Joannes Buridanus. ꝙ relatiuum idemtitatis substantie non reciprocum. solum refert suum antecedens pro illis eius suppositis. pro quibus erat verificatio kathegorice. ī qua ponebatur añcedens. Ad quam obiectionem respondet Mar. per interemptionem Salua inquit eius respōdentia si fuerit alicuius respōdentie. negarē inq̄t tale eius dictum qđ diceret oppositum. Joānis autem Buridani textus non videtur militare contra corollaria. īmo habet eandem precise sententiam in suis suppositionibus. quā et Mar. dicit in Corollarijs primo. s. et scđo tercie regule. ¶ Vltimo Mar. in textu lecto. Infert corollarium tercium dicens. Relatiuum idemtitatis substantie non reciprocum. in propositione kathegorica mere de presenti. in qua nullū ponitur ampliatiuū supponit pro eo qđ non est. sed fuit vel erit. Exemplum primi. vt socrates

fuit albus et ille est niger. lij ille supponit pro illo qd̄ non est. s. pro socrate albo. posito q̄ heri fuisset albus hodie vero niger. Exemplū scd̄i. vt antichristus erit et ille non est. Et ex isto Corollario infert quartum corollarium tale. Ampliatio et Restrictio habent fieri circa terminos absolutos et non relatiuos. Et causa huius est. quia suppositio relatiui dependet a suppositione antecedentis vel verificatione propositionis sui antecedentis. et nō dependet a copula. vel aliquo termino propositionis in qua ponitur. qui esset minus principalis pars talis propositionis. ḡ ampliatio et restrictio solum fiunt primo et per se circa terminos absolutos. Scito tamen. Q̄ relatiuum idemtitatis substantie non reciprocum. nō potest ampliari nec restringi ad supponēdum pro aliquibus. nisi pro illis pro quibus verificatur antecedens vel propositio sui antecedentis. Bene tñ potest supponere pro eisdem pro quibus antecedens vel propositio sui antecedentis est verificabilis. ample vel restricte. antecedente vel propositione sui antecedentis. non ampliatis nec restrictis. īmo antecedēte nō supponente. Exemplum primi. vt añchristus non est et ille potest esse. lij ille supponit pro añchristo. Pro quo propositio in qua ponitur suū añcedens verificatur et ampliat̄. lij ille ad illud qd̄ erit vel esse potest añchristus. et tñ lij añchristus non supponit. Exemplum scd̄i. vt homo currit ⁊ ille qui est sor̄ mouet̄. lij ille restringitur per lij qui est sor̄. ad stādum p̄cise ꝓ socrate. ꝓpositio tñ et añs nō restringunt̄. īmo stant ꝓ pluribus

¶ Quarta regula est. Relatiuū quandoq̄ supponit confuse distributiue antecedente supponente. determinate. probatur quia nisi sic. sequit̄ q̄ hec esset concedenda. aliquis hō est aīal. et nullus hō est illud. ꝓbatur sic q̄ lij aīal supponit determinate in prima. et ex ꝯñti sequit̄. q̄ lij illud. nō debet supponere aliter q̄ suū añcedēs. qd̄ etiā supponit determinate. et si sic tūc oēs singulares illius vl̄is sunt vere. s. iste hō nō ē istud ⁊c̄ijs. valet em̄ ipsa tm̄. sic ista. aīal oīs hō nō ē tenēdo lij aīal a ꝑte sb̄iecti. q̄re seq̄t̄. q̄ ē v̄a. ꝯñs tñ videt̄ falsum. quia cōmunis intellectus cōcipit istam tanq̄ falsam eodem modo posset argui de ista. homo est animal. et socrates non est ille.

confirmatur sic nam certum est q' lij suū. sic supponit in ista ꝓpositione homo equitat omnē suū asinū·lij asinū stat determinate. suū vero cōfuse distributiue. Et ex ista regula sequit primo. q' licet antecedens supponat aliqua suppositione nō oportet relatiuū supponere eadem suppositione omnimode patet hoc per regulam positam. Scōo sequit. q' Rdatiuum supponit aliter et aliter ꝓpter additionē aliorū et aliorū signoꝝ vel ablationem eorundē. patet hoc. nam relatiuū supponit confuse distributiue· ꝓpter negationē precedentē añcedēte supponente determinate ḡ. Sequit tercio. q' appositio signi vlis. in relatiuis facit mutationē suppōnis. vñ valde refert dicere. hō ē animal. et ille currit. et hō est aial et ois ille currit: Nam lij ille in prima supponit determinate ꝑ hoibus. et in scōa propter appositionē signi distributiui. supponit confuse distributiue. Sed cōtra diceres. nā idē est dicere. ois hō ē animal. et ille currit. sicut dicere ois hō ē animal. ⁊ ois hō currit. igit lij ille supponit. eodē mō sicut suū añcedēs cōsequētia tenet. et antecedēs patz. quia ita videt quilibet hō intelligē istā ꝓpositionē. ois ille hō ē aial et ille currit. Respondeo negādo. q' ille equaleant. s. ois hō ē aial. et ille currit. et ois hō est animal. et omnis hō currit. imo hec ꝓpositio. ille currit equalet huic. hō currit. iuxta prius dicta. Ad ꝓbationē qñ dr q' qlibet hō videt iā sic itelligere. Dico q' nō. vñ ē ita in q' busdā. hoc ē ꝓpter malā istructionē cū existētia. q' sp restrigit itellectū ad capiendū. relatiuū i eadē suppōne qua suū antecedēs supponit

Notandum scdo. ꝙ quia in prece-

dentibus Mar. determinauit. de suppositione relatiuorum idemtitatis substantie nō reciprocoꝝ compatiue et in ordine ad suū añcedens. Hic itaqꝫ cōsequēter determinat. de suppōne eoꝝ absolute Ponendo generalē regulā de suppositione eoꝝ. que ē relatiuū idemtitatis substātie non reciprocū cōtingit qñqꝫ aliter supponere q̄ꝫ suū antecedēs. patet qꝛ vt dicit Mar. contingit qñqꝫ relatiuū cōfuse distributiue supponere. antecedente eius determinate supponente vt aliquis hō ē aīal et nullus homo ē illud lij animal supponit determinate. illud vero cōfuse distributiue. et est ꝓpositio falsa. quia sensus eius ē aliq̄s hō ē animal ⁊ nullus hō ē illud aīal qđ ē aliquis hō. et hoc ē manifeste falsum. et ex alio ꝓbat eius falsitatē Mar. quia inquit ē similis huic animal omnis hō nō ē. que falsa ē patet. descendendo sub lij hō copulatiue. sic ergo hoc animal iste hō nō ē. et h̄ aīal ⁊ c̄ijs Si vero aliq̄s diceret ꝙ relatiuū eodē mō supponit sicut suū antecedens dicit Mar. g̊ lij illud in dicta ꝓpōne supponet determīate sicut lij animal qđ ē suū antecedens et tunc illa erit vera qđ ē contra cōmunē modū cōcipiendi. Ex qua regula infert. tria Corollaria. Primū. relatiuum non oīno eadem suppositione supponit qua suū añcedēs. Et dicit nō omnino. q̄a pñt eadē suppōne supponere in genere licet alia et alia in specie. pꝫ Scdo infert. scdm exigentiā sinkathegreumatū additoꝝ sumēda ē suppositio relatiuorum. Et ratio regule et corollarioꝝ ē. quia relatiuo inquantū hmōi precise. nō addit̄ sinkathegreuma nec etiā suppositio. sed inquantū ip̄m subordinatur actui referendi et conceptui relati simul. Sed si relatū loco relatiui poneret̄ cōfuse distributiue supponeret vel determinate qñqꝫ g̊ ⁊c̄ Ex isto sequit̄ ꝙ relatiuo inquantū hmōi non addit̄ sinkathegreuma. sed inquantū subordinatur conceptui relati. Corollarium tercium infert. ex duobus dictis et est Appositio signorū est causa varietatis. suppōnis relatiuorum. Contra hoc obicit dicēs. Q̄ hoc corollarium tercium non videtur esse de mente plurium. qui dicunt. istas esse sinonimas et de terminis eisdem eodem modo supponentibus. s. omnis homo est animal et ille currit. homo est animal ⁊ omnis ille currit. pꝫ q̄a ita concipiūt. ergo ita ē. ad qđ rñdet ꝑ interemptionē totius ꝓcessus obiectionis

Notādū tercio. ꝙ aduc sunt alique

regule speciales de suppositione relatiuorum idemtitatis substātie

¶ Prima regula. Relatiuum idemtitatis substantie speciei primitiue. de antecedente discrete tento supponens. supponit discrete. vt soꝛ legit ⁊ ille sedet lij ille stat discrete. Corollarie sequitur ꝙ loco talis relatiui licet po-

nere antecedens etiam in copulatiua. ¶ Scda regula. Relatiuum idemti tatis substantie non reciprocum primitiue speciei positum in conditio nali vel disiunctiua supponens supponit pro illo pro quo suum antece cedens si loco eius poneretur et eodem modo. vt soꝛ est animal vel oīs ipse est rationalis. Et dicitur in conditionali vel disiunctiua quia hoc nō oportet fieri in copulatiua vt prius dictum est. Corollarie sequitur ꝙ ī cō ditionali vel disiunctiua relatiuum precise supponit pro illo pro quo suū antecedens loco eius positum. ¶ Tercia regula. Relatium substātie idē titatis primitiue speciei supponens in copulatiua et referens vnum ex tremum vel partem principalem kathegorice affirmatiue. in qua accipit aliud extremum communiter. supponit sicut suum antecedens loco eius positum. non tamen pro omnibus pro quibus suum antecedens. vt di ctum est. vt homo est animal et plato est illud. lij illud supponit determi nate. Dicitur cuius extremum accipitur communiter. quia si ꝓpositio an tecedentis esset affirmatiua. et alterum extremum staret discrete. etiam re latiuū staret discrete. dato ꝙ antecedens staret cōmuniter. vt soꝛ est aīal et aliquis homo est illud. lij illud supponit discrete. quia ꝓpositio sui ante cedentis ꝓ vno verificatur precise homine

Contra arguitur primo sic. Sin-

kathegreuma non potest addi relatiuo ḡ ⁊c̄. antecedens patet quia sinka thegreuma additur sinkathegreumati ꝓpter impeditionem et non ꝓpter suppositionem. vt non omnis ⁊c̄. sed relatiuum est sinkathegreuma. in quantū huiusmodi et purum ḡ ⁊c̄. ¶ Scdo sic. Si relatiuum idemtitatis substantie supponeret ꝓ eo ꝓ quo suum antecedens ⁊c̄. ḡ ista esset vera omnis homo est animal et qdlibet risibile est illud. quia lij illud ꝓ omni homine supponeret. Sed illa est falsa. quia sensus scde partis est. qdlibet risibile est illud animal qd est omnis homo. ⁊ hoc est falsum. cum soꝛ nō est omnis homo. ¶ Tercio sic. Relatiuum supponit sicut suū antecedēs ergo quarta regula Mar. falsa. Antecedens patet ꝑ commune dictum lo gicorum dicentium. Relatiuum idemtitatis substantie eodem mō sup ponere sicut suum antecedens. ¶ Ad primum dicitur ꝙ relatiuo inquātū huiusmodi nō additur sinkathegreuma verum est. ꝫ inquātū sbordinat cōceptui relati et referētis sil. ¶ Ad scdm dr̄ ꝙ relatiuū nō refert añs cū sig posito ī ꝓpōne añcedēt ꝫ secluso signo: alij tñ dicūt ꝙ tal ē distīguēda. q̄a vel relatiuū refert añcedēs cū signo vel sine signo. si ꝑmū ē falsa. si scdz ē v̄a. ¶ Ad terciū dr̄ ꝙ verū ē si eodem modo accipiunt antecedēs cū relatiuo ita ꝙ si vnū cū signo et alteꝝ cū eodē. Si non cum signo vnum et alterum vt homo est animal et ille est risibilis. patet

Restat tã circa dictã regulã mouere aliquas dubitationes. Prima est an relatiuũ põt ampliari vltra ampliationẽ sui antecedentis et videtur q̃ sic quia in corollario primo tercie regule dicebaꝫ q̃ hec est concedẽda antichristus nõ ẽ. et ille erit qõ nõ esset. nisi lij ille ampliaret vltra añcedẽs. qa añcedẽs suũ ꝑ nullo supponit. In oppositũ est tercia regula. que dicit q̃ relatiuũ solũ supponit adequate ꝑ hijs ꝑ qbus ꝓpositio in q̃ ponit suũ añcedẽs verificaꝫ. Scõa dubitatio ẽ. qñ dr soꝛ ẽ currẽs. et illud ẽ hõ. vtrũ lij illud supponit discrete. qa supponit ꝑ vno solo puta ꝑ currẽte. qõ est soꝛ. vel determinate et cõmuniter sicut añcedens supponit cõiter. Tercia dubitatio ẽ. si qs diceret aial ẽ dictio ꝓlata a socrate. et illud ẽ trisillabum vtrũ lij illud supponit materialiter sicut suũ añcedẽs. vel ꝓsonaliter. Ad ꝓmã dico scõm qõ dictũ ẽ. in tercia regula. q̃ relatiuũ nõ potest ampliari nec restringi ad supponẽdum pro aliquibus nisi precise pro illis pro quibus propositio in qua ponitur suum antecedens verificatur. potest tamen quandoq̃ pro eisdem supponere ample. antecedente etiam pro eis non supponente. vt in exemplo allegato antichristus non est et ille potest esse lij ille pro antichristo pro quo propositio in qua ponitur antecedens verificatur. ampliatur. quia supponit pro eo qõ est vel potest esse. antecedente tamen pro eodem antichristo non supponente. et ideo quo ad suppositionem potest ampliari vltra suppositionem antecedentis.

sed vltra verificationē añcedētis nō pōt ampliari ꝑ hec solute sunt ambe
rationes. prima em̄ bñ cōcludit ꝙ relatiuū qñqꝫ supponit añcedente suo
nō supponēte. ideo relatiuū pōt āpliari quo ad suppōnem vltra ſcationē
añcedētis. sed nō ampliat̄ vnqꝫ. nec supponit ꝓ illis ꝓ q̄bus ꝓpositio in
qua ponit̄ suū añcedēs verificat̄. et ideo ampliat̄ ad supponēdū ꝓ aliquo
quo ad verificationē añcedētis sui. et hec de prima dubitatione. Ad scd̄aꝫ
dubitationē qñ petit̄. vtrū sor̄ ē currens et illud ē hō. lij illud supponit di
screte vel determinate. dico ꝙ determinate supponit. q̄a supponit cōiter.
sicut suū añcedēs. Concedit̄ tñ ꝙ supponit ꝓ vno solo et negat̄ ꝯñtia. qñ
dr̄ igit̄ supponit discrete. oporteret em̄ addere ꝙ ita supponeret ex modo
sue ſcationis mō hoc nō cōuenit ei. q̄a ſcat cōmuniter qñ añcedens ſcat
cōmuniter. Vñ hij termini Sol deus ꝛc̄ supponūt ꝓ vno solo nō tñ di
screte sed determinate. ꝓut notū ē. Ad terciā dubitationē qñ petit̄. Si di
catur. aīal ē dictio ꝓlata a socrate et illud ē trisillabū. Vtrū lij illud suppo
nit materialiter vl̄ ꝑsonalr̄. Respondendū ē. ꝙ de virtute ſmonis suppo
nit ꝑsonaliter. q̄a supponit relatiue. et refert illū terminū aīal. et ideo sup
ponit ꝑsonaliter. si em̄ materialr̄ supponeret. supponeret ꝓ se et sibi sill.
aut ꝓ aliquo tali acciperet̄. et nō teneret̄ relatiue. Dr̄ tñ ab aliquibus ma
gistris supponere relatiue materialiter. Vñ relatiuū dr̄ supponere relatiue
materialr̄. q̄a refert suū antecedēs. ꝓ ſcato non vltimato. Et ꝑsonaliter re
latiue. quando refert antecedens ꝓ significato vltimato. Et hec de dubijs
sufficiant

Notandum primo. ꝙ Mar. in ista

littera mouet. et soluit tres questiones. ¶ Prima. v. Relatiuū possit ampliari vltra suū antecedēs. Et arguit primo ꝙ sic. quia vbicūq; ē termini ad plures differentias acceptio q̄ alterius. ibi ē ampliatio vltra ip̄m. sed hoc contingit in relatiuo respectu sui antecedētis ḡ ⁊c̄. Maior ē nota. q̄a oppositū subiecti infert oppositum predicati. Minor patet ī hoc exēplo tercij corollarij. tercie regule. s. añchristus non est et ille potest esse vbi lij ille supponit ꝓ eo qd̄ ē vel esse pōt antecedente eius non supponente pro aliquo. In oppositum est tercia regula relatiuorum. Et rñdet ad q̄stionē talē intendendo distinctionem. Dupl̄r potest intelligi relatiuum ampliari vltra suū añcedens. vno modo quantū ad verificationem. ita. s. ꝙ ipsum relatiuum posset verificari de aliquo ꝓ aliqua differentia tp̄is. de quo non esset natum antecedens vel ꝓpositio eius ꝓ eadem differentia tp̄is verificari. et sic non ē intelligendū. dicit Mar. posse ampliari relatiuū vltra suū antecedens. quia verificatio relatiui est de hijs de quibus et sui añcedētis vel ꝓpōnis añcedētis. et hoc est qd̄ dicit tercia regula. Alio modo potest intelligi. quantū ad amplam suppōnem. ita. s. ꝙ relatiuū posset ꝓ aliquo respectu alicuius vel aliquaꝝ temporis differentiaꝝ supponere. respectu cuius vel quaꝝ antecedēs nō supponeret ꝓ aliquo. et sic bene verū ē relatiuū ampliari vltra suū antecedens. vt ꝓbat ratio ante oppositum. ⁊ corollarium tercie regule. tercium de hac questione dictum est circa corollarium tercie regule terciū. ¶ Scd̄a questio. V. lij illud in ista Sor̄ ē currens et illud est homo. supponat discrete vel determinate. Et arguit ꝙ sic quia supponit ꝓ vno solo ergo discrete: tenet cōsequētia a diffinitione ad diffinitum. In oppositum arguit. quia relatiuū supponit sicut suum añcedēs si loco eius poneretur. sed lij currens determinate supponeret. si loco relatiui poneretur ḡ ⁊c̄. maior est nota et minor. sil̄r. Ad quā respondet. concedendo ꝙ lij illud supponit determinate sicut ꝓbat ratio post oppositū Ad rationē ante oppositum rñdet p̄ interemptionē cōsequētie. Si enim. debeat esse bona ꝯsequentia illa. oportet sic arguere. supponit ꝓ vno solo ex modo sue primarie ꝑcationis ḡ supponit discrete. modo lij illud ī ꝓposito licet supponat ꝓ vno. sicut ⁊ isti termini sol deus ⁊c̄. hoc tamen non est eorum ex ꝑcatione primaria. ꝫ ꝓpter defectum ꝑcatoꝝ. Dico tamen cū Joanne Dorp. ꝙ lij illud ī dicta ꝓpōne supponit discrete. sensus em̄ dicte ꝓpositionis est. sor̄ est currens. et illud currens qd̄ est sor̄ est homo modo scd̄a kathegorica illius copulatiue ypothetice. est mere singularis ḡ subiectum eius supponit discrete. quare et relatiuum. tenet consequentia quia determinatio et suum determinabile eodem modo supponunt. Ad ra-

tionem post oppositum dicitur q maior est vera de antecedente cuius ꝓpositio est indefinita particularis ꝛc. non autem de antecedente cuius ꝓpositio est singularis sicut in ꝓposito. ¶ Tercia questio. V. lij illud in ista animal est dictio prolata a socrate. et illud est trisillabum. supponat materialiter sicut suum antecedens vel personaliter. Ad quam respondet dupliciter primo scdm opinionem ꝓpriam dicens q lij illud supponit personaliter vt patet de sententia verboꝝ. quia accipitur pro suo significato vltimato s. pro actu referendi suum antecedens. et non pro suo ꝑcato nō vltimato qd est ipse met terminus vel sibi similis in voce vel in scripto. scdo rndet ad dictam q. ꝑm opinionem antiquoꝝ vt Joannis Buridani. q lij illud in illa propositione supponit materialiter. relatiue. quia refert suum antecedens pro suo significato non vltimato. et non personaliter relatiue. qa refert suum antecedens pro suo significato non vltimato patet. vtreq; solutiones tam scde qꝫ tercie questionis possunt sustineri et nulla de falsitate arguenda.

Aduertēdum est circa predicta. q licet suppositio relatiui varietur ꝓpter appositionem signi distributiui. aut prepositionem negationis. hoc tn̄ solum est pro illis pro quibus propositio in qua ponitur suum añcedēs verificatur. et non pro alijs. vt dicebatur in tercia regula. Scdo aduertendum est. de hoc relatiuo suus. q ipsum non refert suū antecedēs in recto quia est possessiuum. Sed in obliquo. vnde possessiua rem possessam in recto important. Et personam possidentem in obliquo. qd innuit doctrinale. cum possessorum ꝛc. Et sic tm̄ valet dicere sor̄ equitat suum asinum: sicut dicere sor̄ equitat asinum ipsius socratis. vnde generaliter loco lij suus potest poni genitiuus huius relatiui ipe. refert enim possessorem semper in genitiuo casu. Et hec de suppositionibus relatiuorum substantie idem sunt breuiter dicta.

Notādum scdo. q Mar. in hac lr̄a

duo ponit notabilia. Primū est. licet contingat relatiuum alia suppōne in genere vel in specie supponere q̄ suum antecedens. non tamen contingit ipsum pro alijs supponere q̄ pro illis pro quibus suum antecedēs natum est verificari vel propositio sui antecedentis. vt dictum est in scda questione precedentis littere in corollario tercio tercie regule. Scdm notabile est. lij suus potest duo referre. s. possessorem. ⁊ hoc in obliquo hui⁹ pronominis ipse. aliud est qd̄ refert siue qd̄ significat est res possessa. quā significat in recto. Et confirmat suam sententiam per doctrinale Alexandri. qui in prima parte sui dicit capitulo de declinatione pronominum. Personas duplices hec designare videntur. Cum possessore possessio significatur ⁊c̄. Et declarat hoc ipsum exemplariter vt patet in textu

Pro q̄rū maiori noticia aduerte.

q pronomina reciproca sunt duplicia. s. primitiua et deriuatiua. Primitiua vt se sui ipsemet ⁊c̄. et talia sunt prius diffinita. Alia sunt deriuatiua que. s. ab istis formantur et important duo. s. rem possessam et possessorē vt meus tuus suus ⁊c̄. Et talia possunt referre dupliciter. s. reciproce. et h̄ quando ponuntur in eadem kathegorica cum suo antecedente. vt soꝛ videt suum asinum. Alio modo nō reciproce. vt quando ponunt̄ in alia kathegorica a suo antecedēte vt Nicolaus legit et suus discipulus scribit. ⁊ tunc nō ē relatiuū reciprocū. imo loco eius licet ponere gtm̄ sui añcedētis vt dicit Mar. in textu et tales equalebūt ꝓpōnes. et ꝓ suppōne horum.

Notandum tercio. q de suppōne

Relatiuorum idemtitatis substātie reciprocorum sunt due regule. p̄ma de primitiuis. scda de deriuatiuis reciprocis pronominibus sit ergo.

¶ Prima regula ista. Relatiuum idemtitatis substantie reciprocum. primitiue speciei supponens. supponit pro omni illo pro quo suum antecedens. et eodem modo sicut suum antecedēs. nisi aliqua determinatio addita sibi impediat vel genus. vt dicendo quilibet homo videt se lij se supponit pro omni illo pro quo lij homo et eodem modo. Et dicitur nisi aliqua determinatio. sibi addita impediat quia si sic tunc non oportet relatiuum tale eodem modo supponere sicut suum antecedens nec ꝓ omni illo pro quo suū antecedēs. vt quilibet homo videt se existentem socratē. Dr̄ scdo. nisi impediat genus. id est si relatiuū tale nō fuerit eiusdē generis sicut suū añcedēs. extūc nō oportet ip̄m supponē ꝓ oī illo ꝓ quo suū añcedēs. vt omnis homo ē ipse met lij ipsemet precise pro viris supponit.

Sil' omnis homo est ipsa met solũ pro mulieribus relatiuũ supponit. Corollarie sequitur ꝙ dicte ꝓpositiones sunt false. Et aduerte. ꝙ suppositio talis relatiui a suppositione antecedentis dependet sic ꝙ nõ cõtingit descẽdere sub relatiuo quin descendatur sub antecedẽte. Tale em̃ relatiuũ supponit suppõne sigillata. que est quando sub relatiuo et antecedẽte sil' fit descensus ita ꝙ singulare sumptũ sub predicato debet correspondere singulari sumpto sub subiecto. et sub tali termino supponente descendit' sigillatim. Vnde descendere sigillatim est descendere sub aliquo termino a parte predicati posito sic ꝙ sub ipso non cõtingat descendere q̃n etiam descendatur sub subiecto. ita ꝙ singulare ꝙ sumitur sub predicato debet correspondere singulari sumpto sub subiecto vt oĩs hõ videt se. ergo sor̃ videt se et plato videt se ⁊c̃ijs. ¶ Scd̃a regula quã intendit Mar. est de h̃ relatiuo suus. et est hoc relatiuum suus. aut ponitur in ꝓpositione. cũ termino ſcante rem possessam vel sine tali termino. Si primũ hoc est dupl'r quia vel ponit' in eadem kathegorica (et tunc supponit sicut suu añcedẽs puta ꝓ possessore. vt sor̃ equitat suũ equũ. ibi lij suum supponit discrete puta pro socrate) vel ponitur in alia kathegorica et tunc supponit sicut suum antecedens. si loco eius poneretur et ꝓ eodẽ ꝓ quo suũ antecedẽs vt homo legit et suus discipulus quiescit. lij suus supponit determinate. sicut lij hõ. et etiã ꝓ possessore sicut lij hõ. Si vero ponat' sine termino significante rem possessam: extũc supponit sicut terminus absolutus ſcãs rẽ possessam. si loco eius poneretur. vt omnis homo habz suũ. Aduerte tñ ꝓ ista regula. ꝙ relatiuum tale. positũ in alia kathegorica põt diuersa referre. Et scd̃m hoc tales sunt distinguende. vt in ista aliquis homo legit et aliquis hõ est suus filius. quia lij suus potest referre lij homo. in eadẽ kathegorica cum ipso vel potest referre lij homo in alia kathegorica ab ip̃o. Si primũ tunc refert reciproce. neqꝫ loco eius licet ponere suũ añcedens. et illa scd̃a pars copulatiue est falsa. quia tunc supponet ꝓ homine q̃ esset suipsius filius. Si scd̃m tũc ẽ vera et nõ refert reciproce. nec habet vt sic rationẽ relatiui reciproci. dicit em̃ Joannes Buridanus ꝙ ꝓpriũ ẽ tali relatiuo in eadẽ kathegorica poni cũ suo antecedente et loco talis relatiui taliter sumpti licet ponere suũ añcedẽs in gtõ. vt dicit Mar. ⁊ neqꝫ sic cõtingit descendere sub lij suus sigillatim licet bene captum primo mõ sic sor̃ ẽ socratis filius plato ẽ platonis filius ⁊c̃ijs. reddẽdo singl'a singl'is

Cõtra arguit' primo sic. loco Relatiui suus licet ponere suum antecedens ergo dictum regule non valet.

Antecedens est Mar in textu. et probatur sic quia termini pro eodem ⁊ eodem modo supponeñ. possunt poni ꝓ se inuicẽ. Sed relatiuũ lij suus

supponit eodē modo vt dictū ē. et ꝑ eodē ḡ ꝛc. ¶ Scdo sic Mar. videtur diminutus. patet quia nihil fecit de suppositione relatiuorū reciprocorū Est etiam supfluus quia notabile primū frequenter repetit. ¶ Tercio sic de istis relatiuis. s. meus tuus noster ꝛc. nihil fecit. ḡ ē diminutus. añs pz ¶ Ad primū dicendū. ꝙ loco lij suus licet ponere suum añcedēs. verū est qñ tenet nō reciproce. non autē quando tenetur nō reciproce. excepto ꝙ capiat possessiue. Vñ tunc capit reciproce. qñ denotat actū terminari in idē suppositū a quo denotat trāsire. vt sor ē suus. vñ licet. hic potest poni antecedēs loco lij suus. tñ nō manebit idē sensus ꝓpōnis istius et illius. Ad maiorē aūt ratiōis dr ꝙ ē vera de terminis absolutis et relatiuis nō reciprocis. nō autē de reciprocis. quia tunc non manet idē sensus ꝓpositionū. ¶ Ad scdm dicendū ꝙ suppōnem taliū satis posuit. ponendo regulas de relatiuis non reciprocis. Ad aliud dr. ꝙ repetit idē nō inutiliter quia fuit informator iuuenū. ¶ Ad terciū dr ꝙ eodē modo sicut dictū ē de lij suus. et tm̄ de relatiuis substātie idemtitatis

n Vnc specialiter. est dicendum de relatiuis accidentium de quibus. Nota primo. ꝙ quando vnū eorū ponitur in ꝓpositione oportet ꝑesse terminū antecedentē illius predicamenti. cuius modū ꝑcandi habet illud relatiuū. vt si talis debeat poni in ꝓpositione. oportet ꝑesse terminū de predicamēto qualitatis. quia ꝑdicamēti qualitatis modū ꝑcādi habet ille terminus. talis. ideo oportet dicere sor ē aliqualis et talis ē plato. aut albus. et talis ē plato. Vnde si diceret sor ē bicubitus. et talis ē plato. esset inepta et incōgrua locutio. vel applicatio relatiui ad antecedēs. Scdo nota. ꝙ huiusmodi relatiua possunt esse de quolibet predicamento accidētiū. et si nō sint in vsu. hoc ē ex eo. quia nola nō sunt imposita. Vnde de predicamēto quātitatis sunt hec tm̄ tot. et quotiens de predicamēto qualitatis. talis. de q̄dicamēto. quando. tunc de ꝑdicamēto vbi. ibi. de ꝑdicamēto habitus. taliter habituatus. In actione

taliter agens in passione taliter patiens. in situ taliter situatum. et in aliud aliquid. taliter se habens ad aliquid. vñ in hijs vltimis predicamētis ne cesse est nomina fingere. quia sufficientia nō sunt imposita ad significādū

Tercio nota. q̄ quandoq̄ vnus istorum terminorum relatiuorum. po nitur antecedens. et alter relatiuum. aliquando autem econuerso. vt soī ē aliqualis. et talis est plato. et econuerso soī est talis qualis ē plato. Et hec eadem quandoq̄ simul ponuntur in eadem kathegorica vt hic talis. q̄ lis est soī. est Joannes. tanta quanta Catherina est alpheidus rc̄ijs

Quarto nota. q̄ non oportet talia relatiua supponere pro eisdem pro q̄ bus supponunt sua antecedentia. sed sufficit q̄ supponant pro talī se ha bentibus illo predicamento. in quo sunt relatiua

Notādum primo. q̄ istud ē terciū

et vltimū. huius tractatus partialis capm in quo Mar. agit de relatiuis accidentium et etiam substantie diuersitatis premittendo quatuor nota bilia ad relatiuorū suppositionem et naturā cognoscendā summe necessa ria. Primū qđ est omnibus generale. est relatiuum exprimens modum fcandi alicuius predicamēti. refert antecedēs eiusdē p̄dicamēti. vl habere dispōnem illius predicamenti. cuī p̄dicamēti habet modū fcandi illud relatiuum vt soī ē albꝰ et talis ē plato. relatiuū. s. talis refert hoc añcedēs s. albus. qđ ē de p̄dicamento qualitatis. cuius modū fcandi importat hīj qualis. Et p modū fcandi p̄dicamenti in ꝓposito intelligīt modus p̄di candi predicamēti. Illud aūt relatiuū dr̄ habere modū fcādi alicuius p̄ dicamenti vl exprimere qđ potest referre rē vl realitatē illius p̄dicamenti. id est qđ pōt excitare intellectū ad formandā scīam noticiam. de antece dente vel re pro qua antecedēs supponit. vt tātus importat modū fcādi p̄dicamēti quātitatis. quia potest excitare intellectum ad formādā noti ciam de realitate vel re. quātitatis vt soī ē bicubitus et tantus ē plato. Et ratio huius notabilis est modus concipiendi. et etiam suppositio rela tiuique dependet a suppositione et verificatione sui antecedentis. patet

er dictis. Scõm notabile. Omne predicamentum habet suũ relatiuum Exempla patent in textu. Et q̃uis Mar. intelligat de p̃dicamẽtis accidẽtium. tamen etiam non negat quin possint esse relatiua p̃dicamenti substantie. imo sunt ponenda vt que ille ꝛc̃. Tercium notabile. vnũ relatiuũ potest esse antecedens respectu alterius. tam in eadem kathegorica q̃ in alia. et hoc tam in relatiuis substantie q̃ accidentis. Exemplum primi vt ille qui sedet mouetur. Exẽ scõi. vt ille sedet qui mouetur. Et silr datur in relatiuis accidentium. vt patet in textu. Quartum notabile. licet relatiuũ idemtitatis supponat. pro eo pro quo suum antecedens. vel pro quo sui antecedentis ꝓpositio est verificabilis: potest tamen supponere pro alio vt pro re comparata rei antecedentis. Exemplũ primi. vt soꝛ currit q̃ mouetur. Exẽ scõi. vt soꝛ est albus et talis est plato. Ly talis supponit ꝑ platone. et refert suum antecedẽs. vl̃ illud pro quo verificatur propositio sui antecedentis. Corollarie sequitur. q̃ hec notabilia sunt omnib⁹ relatiuis cõmunia. Vnde er isto notabili quarto eliciuntur due regule. de suppositione relatiuorum accidentalium. ¶ Prima nũq̃ relatiuum accidentis supponit pro illo pro quo verificatur ꝓpositio sui antecedentis. Sed pro re simili equali dissimili vel inequali rei pro qua verificatur ꝓpositio sui antecedentis. ¶ Scõa regula. scõm exigentiam signoꝛum variatur suppositio accidentalium relatiuoꝛum. Nam si addatur signum vniuersale supponit confuse distributiue. et hoc si terminus vl̃ res ꝑ qua supponit talc relatiuum fit communis. vt soꝛ est albus et omnis talis est homo. q̃d non tanter dictum est. quia si res ꝑ qua supponit huiusmodi relatiuum sit singularis. tunc etiam supponet relatiuũ discrete. vt soꝛ est albus et talis est plato. Ly talis supponit discrete. patet. hoc quia suppositio relatiui ẽ accipienda a suppositione vel verificatione rei ꝑ qua talis terminus relatiu⁹ supponit. Sed quia nemo dicit omnis plato g̃ ꝛc̃.

substantiam

Nunc dicendum est de relatiuis diuersitatis. que sunt. aliud alterum reliquum. differens diuersum. et similia. De quibus Notandum. q̃ q̃ñcũq̃ capiuntur infinite. tunc sunt nomina neutrius generis substantiua et sic congrue ponunt̃ sine añcedẽte. vt ẽ aliud currit. alterũ currit. id est res alia currit. vl̃ res altera ẽrit. Et dicũt̃ sic teneri infinite. q̃ vt sic nõ exp̃mũt respectu cuiꝰ hec res sit altera. scõo capiũt̃ relative. q̃d mãifeste ꝑ dicẽdo vnico

hominē et petrum quoꝝ vnus ludit alter disputat. lij alter refert manifeste hunc terminum vnus. quia respectu illius. qui ludit disputans ē alter

similiter patet in ista. hominū alius soꝛ alius plato. lij alius capiē relatiue de istis relatiue tentis sit prima regula. q supponunt pro alio a suo ante cedente. patet quia ideo dicuntur relatiua diuersitatis. scda regula. q scdm variationem signoꝛum eis additoꝛū. bij termini aliter et aliter supponūt vt hic hominū alius Hermānus alius Meynardus. lij alius vtrobiꝫ supponit determinate. sed alibi propter aliorum terminorum additionē potest supponere confuse distributiue. vt hic Joannes studet. et omnis alter disputat. lij alter stat confuse distributiue.

Notandum scdo. q Mar. in hac littera agit de quiditate et suppositione Relatiuorum accidentalium. et substantialiū diuersitatis. enumerādo relatiua diuersitatis substantie. s. diuersum differens. Circa qd aduerte q ista. s. Aliud alterum differens diuersum. nō videntur esse relatiua grāmaticalia. sed magis logicalia. vt dicē Joannes Buridanus. Ita etiam inqt idē dicendū ē de isto termino idē nisi capiat loco illius relatiui illud. Omne enī idē ē alicui idē. et omne diuersum vel aliud est ad aliqd diuersum vel aliud. Et ꝫ ē qd declarat Mar. dicēs q talia relatiua diuersitatis substantie possunt capi duplr. s. Infinitiue et demonstratiue. Infinitiue capiuntur. quando non ponūtur circa aliquē terminū respectu cuius denotatur esse diuersitas vel alteritas ꝛc. et hoc quādo ponunt in neutro genere. qm̄ sic substantiuanē vt alterum currit ꝛc. Alio modo capiuntur relatiue. vt quando excitant intellectū ad formandū noticiā de re diuersa: suo añcedenti vel alia vt soꝛ currit et alius disputat. lij alius refert lij soꝛ: et supponit pro alio homine. s. disputante. Et aduerte vt pōt haberi ex Porphirio casu de differētia. q alius alia ꝛc. ponit distinctionē inter extrema suppositalē vel numeralem precise. aliud essentialem. alteꝝ vero diuersitatem accidentalē. Exemplū primi. vt dicit Athanasius in Symbolo. alius pater alius filius alius spiritus sc. Exēplū scdi. vt soꝛ sedens est alter. a se ipso non sedente dicit Poꝛ: et puer existens

est alter a seipso sene existente. Exemplum tercij. vt asinus ē aliud ā petro. Vnde dicit Por. Q̄ differentie essentiales faciunt aliud. id est dispōnem essentialem. Et aduerte q̄ lij aliud quāto termino superiori addit̄ tāto inferiorem facit. Et quāto inferiori additur tanto superiorem facit et hoc ratione negationis incluse in ipso. vt animal est superius ad hominem. addendo vtriq̄ lij aliud erit. ecōuerso. vt aliud ab aīali. aliud ab homine. patz scd̄m quia lij aliud ab hoīe est de plurib⁹ verificabile. q̄a de boue asino ꝛc̄. de quibus tamen vere et affirmatiue. lij aliud ab animali. neq̄t verificari. g̃ lij aliud sicut et negatio infinitans. deponit potentes de sede et exaltat humiles id est de termino superiori facit inferiorem et ecōuerso. De suppositione talium relatiuorū diuersitatis substantie et etiam accidētis ponit Mar. duas regulas quas iam diximus in primo notabili: itaq̄ applicēt̄ ad ꝓpositum. Aduerte tamen q̄ in duobus casib⁹ non supponit relatiuū diuersitatis substantie. primo q̄n antecedens eius non supponit saltem respectu copule de presenti. vt añchristus currit. et alius quiescit. lij alius non supponit. quia denotat alietatem que debet esse inter entia. modo añchristus respectu copule de presenti. vt nunc nō est. ad hoc em̄ qd̄ aliqua sint alia vl̄ aliud. diuersa ꝛc̄ requiritur. q̄ sint entia positiua. antichristus ergo ꝓprie ē non idē enti: alicui et non alius saltem respectu copule de presenti. Scd̄o quando antecedens supponit pro omni ente mūdi. vt omne ens est. et aliud currit. lij aliud nō supponit. quia nullū est ens. qd̄ sit aliud ab omni ente vniuersi. quia nihil est aliud a seipso id est non distinguitur essentialiter a seipso. licet bene ratione. vt homo est homo. lij homo vt in subiecto distinguitur a seipso ratione vt in predicato

Notandum vltimo q̄ tales ꝓpositiones sor̄ est alter ab homine. sor̄ est aliud a chimera. sor̄ differt a chimera ꝛc̄ijs. in quibus ponitur additio illorum relatiuorū diuersitatis. scd̄m aliquos habent tres exponen̄: imo sic cōmuniter dicitur Parisius. prima per positionem subiecti. vt sor̄ est. scd̄a ꝑ positionem termini positi a parte predicati: respectu cuius dr̄ esse alterum. s. chimera est: et per terciam. vt sor̄ non est chimera. Et mouent̄ ex eo quia illa relatiua ſcant illa que ponūtur esse diuersa ab inuicē. modo nisi sint nō sunt diuersa. et isto modo negaret̄ ista. Sor̄ ē alius a chimera

vel soꝛ differt a chimera. ꝓpter exponentem scdam falsam. Alij dicunt ꝙ non requiruntur nisi due exponeñ. s. prima et tercia. et illi habent cõcedere istam. Soꝛ est alius a chimera. quia ambe exponeñ scõm eos sunt vere prima tamen expositio videtur esse magis de intentione philosophi. v. et x. metꝫ. de diuersis et differentibus. Quecũqꝫ tamen expositio potest teneri. quia est quid nominis. qđ ẽ ad placitum. et in quo non potest fieri multũ fortis demonstratio

Notandum tercio. ꝙ Mar. finaliter

declarans naturam relatiuorum diuersitatis. maxime substantie. Ponit duplicem modũ exponendi ꝓpões de istis relatiuis diuersitatis. vtrũqꝫ sustinendo cum sit purum voluntarium. primũ tamen magis acceptãdo cum sit magis conformis sententie philosophice in. v. et x. metaphisice. capitulo. de diuerso. Primus modus quem fere omnes logici Parisien. et Cracouienses approbant est. Omnes ꝓpositiones de differt aliud ꝛc. in quibus non ponitur negatio, exponuntur copulatiue. ꝑ tres exponeñ. quaꝝ prima affirmat hoc verbũ. est scõm adiacens de eo qđ differt. scda affirmat idem de eo a quo differt. et tercia est negatiua in qua negaꝛ illud a quo differt de eo qđ differt. vt soꝛ differt a chimera. Exponitur sic soꝛ est et chimera est. et soꝛ non est chimera: qđ autem ista sit bona expositio ꝓꝛ. quia lij differt aliud non ponunt sua significata nisi circa illa que sunt. vñ dicitur. v. Metaphꝫ. ꝙ nec ens non enti nec non ens enti est idem vel diuersum. sed ens enti. Alius modus est facilis et bonus. Sed non ita acceptus sicut priꝛ

Cõtra arguit̃ primo sic. Relatiuũ

idemtitatis accidentis supponit. pro illo pro quo propositio sui antecedentis verificatur ꝫ ꝛc. Antecedens patet. quia tunc non essent relatiua idemtitatis. Si non supponerent pro eo pro quo propositio sui antecedẽtis est verificabilis. patet ex dictis. Scõo sic differt aliud alterum ꝛc. nõ sunt relatiua grãmaticalia sed logicalia. vt dicit Joãnes Buridanus. ergo Mar. minus bene videtur de suppõne eoꝝ determinasse. cũ habeãt omnino eandem suppositionem cum terminis absolutis. Tercio sic. Aliud alter ꝛc. non supponunt nec possunt supponere ꝫ ꝛc. Antecedens

patet. cum sint pura sinkathegreumata negationem includentia. quare ¶ Ad primum dicitur. q̄ licet lij talis ꝛc̄. non supponat pro eo pro quo propositio sui antecedentis est verificabilis. tamen bene pro simili vel equali qd̄ sufficit ad hoc q̄ aliquid dicatur Relatiuum idemtitatis. et scito q̄ quando dicitur sor̄ est talis. qualis plato lij talis supponit ꝓ Socrate qualis vero pro platone. ¶ Ad scd̄m dicitur q̄ alius alter. capta infinite non sunt relatiua. sed bene relatiue. Similiter vnus. reliquus. de differēs autem et differt locutus est Mar. ſm opinionē tunc famosam. ¶ Ad tercium dicitur q̄ sub ratione negationis capta quam includunt non supponunt. Sed sub ratione relationis capta sic bene supponunt. Et tm̄ de Suppositione terminorum absolutorum et respectiuorum. Maiores dicant maiora.

Sequitur agendum de Ampliationibus

Onsequenter dicendū est de ampliationib⁹. et primo p̄mittenda est diffinitio ampliationis quid nominis et exponenda. scd̄o ampliationis regule sunt dande.

Quantum ad primū. est sciendum. q̄ ampliatio potest sic diffiniri. Ampliatio ē suppositio termini ꝓ suis ſcatis. respectu diuersoꝝ temporū indifferenter. Pro qua diffinitione notandū ē. q̄ termino non additur ampliatio respectu sue ſcationis. nā semp terminus. eq̄ multa ītellectui ſcat cū eidē cōceptui mētali corrn̄det. et p cōsequēs eque multa representat. qd̄ erat ꝓbādum. Ex quo sequitur primo. q̄ termino additur ampliatio respectu suppōnis. Nam sicut ex superius positis pz. q̄ termin⁹ supponit siue stat ꝓ illis ſcatis ꝓ q̄bus verificat̄ mediante copula. qn̄ igit̄ solū supponit pro hijs que sunt. aut solum pro hijs que fuerunt. aut solum pro

hijs q̄ erunt. hoc est quando solum stat pro suis ſcatis que sub vna differentia temporis comprehenduntur. tunc dicitur stare restricte. quia stat solum pro ſcatis respectu vnius differentie temporis et in ordine ad illā suppositionem restrictam. non dicitur ampliatio. quia terminus qui ampliatur non stat solum pro hijs ſcatis cōprehēsis sub vno tempore seu vna differentia temporis. imo stat pro suis significatis pro diuersis temporibus indifferenter. ꝓpter q̄ addebatur in diffinitione. temporum indifferenter. Exemplum vt homo fuit hic homo non solum stat pro suis ſcatis que sunt. sed etiam pro hijs que fuerunt disiunctiue

Notandum primo. q̄ post q̄ Mar.

determinauit de suppositione terminorū absolute. hic cōsequenter determinat de suppositione terminoꝝ ampla siue de ampliatione. Et cōtinet iste tractatus duo capitula. in primo quorū agit Mar. de ampliatione logica diffinitiue. in scdo vero preceptiue. Primo itaq; diffinitionem ampliationis ponit. In qua dicit primo Suppositio. et hoc ponitur ꝓ gere. nam omnis ampliatio est suppositio. ſ̄ nō econtra. Diffinit etiā Mar. ampliationem ꝑ suppositionem ad innuendū q̄ terminus qui debz ampliari debet prius supponere. Ex quo sequit̄ primo q̄ termini non supponeñ. non ampliantur sicut termini extra ꝓpositionē ⁊c̄. Dicitur scdo ꝓ suis ſcatis vel. s. pro suo ſcato. Pro quo aduerte. q̄ duplex est ampliatio. Temporū tm̄. et ē qñ terminus ꝓ vno solo supponit ſcato in ordine ad diuersas differentias temporꝝ. verificabiles diuisiue de illo termino ⁊ illa ampliatione terminus singularis ampliari potest. patet quia pōt supponere in ordine ad diuersas differentias temporum diuisim vt dicēdo Joannes fuit. Alia est temporꝝ et suppositorum simul. et est quando terminus ꝓ pluribus supponit in ordine ad terminū importantem diuersas differentias temporꝝ verificabiles de illo termino diuisiue. et ista ꝑcise cōuenit terminis cōmuniter tentis. Dicitur tercio respectu diuersorū tp̄m. que particula potest intelligi dupl̄r. vno mō sic respectu diuersorum tp̄m id est respectu diuersarum copularum diuersas differentias temporū im

portantium. vt dicendo homo fuit lij homo ampliat p eo quiest vel fuit homo. Vel potest sic intelligi scdo respectu diuersoz temporum id est respectu signi vel equiualentis ratione cuius tangz instrumentalis cause intellectus tãgz principalis causa ampliationis terminoz accipit terminũ in ordine ad diuersas differentias temporum. Vnde illud signum dr importare diuersas differentias temporum. ratione cuius intellectus accipit terminũ in ordine ad diuersas tempoz differentias. Vnde tres sunt differentie temporum. vt dicit. iij. phisicoz. s. presens preteritũ et futurũ. et pñt ponũ aduc duo signa respectu quorum copule accipiunt ad diuersas differentias temporum. s. possibile et imaginabile, licet dicãt multi q sint etiam differentie temporum. et ita essent quinq differentie temporũ. Et quo sequitur primo q intellectus est principalis causa ampliationis terminorum. vt dicit Joannes dorp. signa vero ampliatiua sunt instrumentales cause denotañ modũ accipiendi terminũ ample in ꝓpõne patz Dicit quarto indifferenter id est respectu cuiuslibet illarũ diuisim. et in ordine ad quãlibet seorsum. Vnde p ista particula indifferenter. aduerte q terminus in ordine ad copulam dr supponere dupliciter. Vno mõ in ordine ad copulã vnicã vt hic hõ ẽ aial. Alio modo in ordine ad copulã disiũctã Et hoc dupliciter. s. disiunctiuã sepatim vt qñ terminus supponit in ordine ad diuersas copulas disiunctim. et respectu cuiuslibet illarum seorsum vt homo fuit animal lij homo supponit in ordine ad diuersas copulas disiunctim sumptas. s. est vel fuit. et in ordine ad quãlibet seorsum vt dicẽdo homo est animal. homo fuit animal. z sic terminus ampliatus dr supponere disiunctim in ordine ad diuersas differentias temporum. Alio mõ dr terminus supponere in ordine ad diuersas copulas disiunctim. coniũctim. et hoc quando terminus supponit in ordine ad diuersas copulas disiunctim. sed non in ordine ad quãlibet illaz seorsum. vt hic añchristus erit lij añchristus supponit in ordine ad hoc disiunctum. est vel erit. qđ ẽ constitutũ ex diuersis copulis. sed non supponit respectu vnius illarum seorsum. s. de presenti. qñ ista est falsa añchristus est. Corollarie sequit q ad hoc q terminus amplietur requiritur. vt dicit Mar. q supponat in ordine ad diuersas differentias temporum vel in ordine ad diuersas copulas simul et respectu cuiuslibet earum seorsum. ergo si aliquis terminus nõ possit accipi in ordine ad diuersas copulas seorsum siue diuisim. ꝫ respectu vnius tm nõ dr ampliari dato q accipiat respectu verbi preteriti vel futuri temporis. vt dicendo Adam fuit. Corollarie sequitur scdo q possibile est terminum supponere respectu diuersarum copularũ formaliter id est expresse positaz vel virtualiter id est in aliquo verbo inclusarum. qđ equiualet disiuncto. vel in aliquo signo ampliatiuo. et tamẽ non oportet

eum ampliari patet. Est ergo diffinitio ampliationis. Ampliatio est acceptio termini in ꝓpositione ꝑ suo significato vel suis significatis. respectu signi vel equiualentis importantis diuersas differentias temporis disiunctim in ordine ad terminum supponentem respectu plurium differentiarum temporis diuisim. patent singule huius diffinitionis ꝑticule.

Notandum scdo. vt dicit Mar. ꝙ

Ampliatio conuenit termino ratione suppōnis et non significationis. verum est dictum Mar. ꝙ ratione suppōnis principaliter. tamen etiam conuenit sibi ratione ſcationis. sed minus principaliter. primum patet. quia omnis terminus qui ampliatur habet ſcatum vel ſcata correspōdens vel correspondentia in ordine ad diuersas differentias temporum. indifferenter. Sed non omnis terminus ampliatur in ꝓpositione positꝰ. et ſcans suum ſcatum in ordine etiam ad diuersas differentias tempoꝝ patet dicendo añchristus erit. Hoc etiam patet ex ratione Mar. ꝙ terminus non dr̄ ampliari in ꝓpōne. eo ꝙ plura significet. q̄ꝫ si non ampliaretur quia si terminus vbicūqꝫ ponat̄ semꝑ eque multa ſcat. siue em̄ ponatur in ꝓpositione siue extra. siue amplietur siue non. semper eidem conceptui subordinatur mētali. talis autem semper equaliter significat. quia naturaliter significat. quare ꝛc̄. Scdm. s. ꝙ ampliatio quodāmodo depēdet a ſcato vel ſcatis termini. patet quia terminus qui debet ampliari requiritur ꝙ habeat significatum vel significata. sibi correspondens vl' correspondentia respectu diuersorum tempoꝝ indifferenter. ergo ampliatio dependet quodāmodo a ſcatione termini. Consequentia est nota. Antecedens patet. quia lij adam in ista adam fuit nō ampliatur quia nō habet ſcatū sibi correspondens nisi ad tempus preteritum. Ex quo sequit̄. Qꝛ ampliatio termini est partim a materia et partim a forma propositionis Primū patet. quia se tenet ex parte ſcatoꝝ. que habēt rationē materie ad ipsam ꝓpositionē. Scdm patet. quia terminus non ampliatur in propositione nisi accipiat̄ in ordine ad diuersas copulas īportañ diuersas differentias tꝑis modo copula ꝓpositionis tā principalis q̄ꝫ minus principalis tenet se ex parte forme ꝓpōnis. Ex quo sequitur scdo ꝙ ad termini ampliationē tres conditiones requiruntur. Prima ꝙ terminus habeat ſcatū vel ſcata. ꝑ diuersis differētijs temporū siue copulis sibi correspōdens vel correspondentia. vnde in ista Nicolaus fuit. lij Nicolaus ampliatur ꝑ eo qui est vel fuit. Vnde si nicolaus ꝑ ꝑsenti nō fuisset. ſꝫ corrūperetur. Extunc lij nicolaus in illa non ampliatur. et tamē ꝓpositio semꝑ erit eiusdem forme. et ista conditio vocat̄ materialis. Scda ꝙ talis terminus accipiat̄ in ordine ad diuersas copulas indifferenter id est in ordine

ad qualibet earum seorsum patet. Tercia q terminus importat differentias temporū in ordine ad terminū ampliabilē et defectu huius ꝓdicatū istius non ampliat. homo fuit albus. et licet lij fuit est terminus ampliativus. non tamen importat differentias temporū in ordine ad ꝓdicatum Sed precise in ordine ad subiectū. ¶ Pro quo aduerte. Q verbū ampliatiuū habet aliū modū fcandi ampliatiuū respectu subiecti q̄ respectu ꝓdicati. verbū em̄ cadit sup predicatū. scōm qō est tale. puta futuri tpis vel preteriti. Ideo verbū futuri tpis facit predicatum solū pro illo qō erit supponere. et verbum preteriti temporis solum pro illo qō fuit. nisi forte tale predicatum esset terminus ampliatiuus. Sed qlibet verbū ampliatiuū et suo proprio modo significandi fcat in ordine ad terminū precedentē. sub modo presentialitatis. vnde lij fuit in ordine ad subiectum fcat sub modo presentialitatis et preteritionis. vero lij erit fcat sub modo presentialitatis et futuritionis. ratione cuius tale verbum dat subiecto ampliorem suppositionem q̄ predicato. et illud est maxime cōforme modo concipiendi. qui istas concederet hoc albū fuit homo. hoc albū erit hō. casu posito. q sor̄ nunc sit primo albus. et tā prius fuerit homo et qs erit homo. ¶ Pro quorum et sequentium noticia sciemus. Q terminoꝝ ampliatiuoꝝ. quidam ampliant terminos a parte ante tm̄ positos. vt termini ratione temporis ampliatiui. qui. s. important aliam differentiam temporis a presenti. Et causa huius est intellectus. vt lij fuit ꝛc. Alij sunt ampliatiui. a parte post tm̄. vt qui sunt ampliatiui ratione significatiōis et quorum fcatio potest conuenire tam existentibus q̄ non existētibus rebus. vt sunt verba actū anime interiorē importantia. vt cognosco ꝛc. Quidā vero ampliāt terminos a parte ante. et a parte post. vt possibile et impossibile contingēs ꝛc.

Sed circa dictā descriptionē dubitaret aliqs. eū aliter diffiniat ampliatio cōiter. aliqui em̄ sic. Ampliatio ē acceptio termini in ꝓpositione ꝑ aliquo vltra id qō actualiter ē. Alij aūt dicūt. Ampliatio ē acceptio termini pro aliquo ꝑ quo in ꝓpōne simplr̄ ꝑma. nō supponit. et sic diuersimode a diuersis diffinit. quare igit̄ tu eā aliter diffinis. Scdo nā tu dicis. q termin⁹ qñ stat solū ꝑ hijs que fuerunt. tunc non ampliatur. oppositum tamē videtur de intētione autoris dicentium. q quando q̄ terminus supponit

p illo qđ non est. sed fuit vel erit ampliatur. ad primū dico. saluo iudicio
melius dicentiū. q ambe diffinitiones sunt diminute prenarrate. saluare
uerentia eas ponentium. Nam ampliatio non debet diffiniri per acces
ptionem eo q subiectum in ista añchristus ē ampliaretur. accipitur eñ
p eo qđ nō ē. vel p aliquo suo ꝓcato vltra hoc qđ actualiter ē. quia p añ-
christo qui non est. vt supponitur etiam accipitur p aliquo p quo nō ac
cipitur in ꝓpone simplr prima. que est mere de presenti et de recto. quia p
añchristo vt videtur. Et cum in tali ꝓpōne supponeret. tunc non suppo
neret nisi p bijs q̄ sunt. modo significata sua nullo modo actu sunt. Ad
scōm dubium dico. scōm qđ prius. q quando terminus stat solum p
bijs q̄ fuerunt aut generalr p suis ꝓcatis. respectu vnius differentie tpis.
non ampliatur. quare eñ diceretur ampliatio. Si staret p ꝓteritis solū
et non amplius. vel p presentibus solum. Pono ergo q sit vnus termi
nus scōm imaginationē qui habeat decem ꝓcata. primo existentia 7 duo
solum preterita. tunc quando staret solum p duobus preteritis amplia
retur. qđ videt incōueniēs. Quando autē staret p decem presentibus nō
ampliaretur qđ videtur inconueniens. Ideo ꝓbabilius est dicere. q termi
nus ampliatur. quando stat simul pro suis ꝓcatis respectu diuersorum
temporum indifferenter. vt quando stat non solum p bijs que sunt vel
que erunt. nec solum p bijs que fuerunt. sed p bijs que sunt vel fuerūt sil.
vel p bijs que sunt vel erunt vel pro bijs que sunt vel possunt esse vl ima
gnari esse tuncē terminus stat p suis significatis. respectu diuersorū

temporꝝ indifferenter. et hec de scda dubitatione. Scdo circa descriptionē superius positam est notandum ꝙ differentie temporum sunt tres. s. presens preteritum et futurum. Et etiam tales dicūtur tempora vt solemus dicere. hoc est presens tempus hoc est preteritum hoc ē futurum. Et pñt addi duo. s. possibile esse. et possibile imaginari. que licet nō sint differētie temporum ꝓprie loquēdo. tñ improprie temporum differentie sunt. mō eorum termini supponunt improprie. vt postea dicetur. fuit ḡ destriptio superius posita sic intelligenda. Ampliatio est suppositio termini ꝑ suis ſcatis sibi correspondentibus pro distinctis temporū differentijs. puta ꝙ suppositio termini ꝑ suis ſcatis que sunt et fuerunt. et ꝑ eis que sunt et erunt vel ꝑ eis que sunt et possunt esse. vel ꝑ eis que sunt vel pñt imaginari. tunc in ista homo fuit. que valet tm̄ quantū qd̄ est iā vel fuit. fuit hō. lij homo ampliatur ad standum pro eo. qd̄ est vel fuit homo

Notandū tercio. ꝙ Mar. in hac lr̄a

vt ostendat bonitatem diffinitionis ampliationis. mouet duplicem dubitationem ponendo diffinitionis date de ampliatione declarationem. Prima est. videt̄ ꝙ diffinitio tua Mar. sit inconuenienter data de āpliatione. quia aliter diffinita est ampliatio a patribus. quibus credendum ē ergo ꝛc. Antecedens patet in textu. Ad quam respondet Mar. salua inq̄t existentia patrum. dico ꝙ sunt insufficien̄. de prima patet. quia ipsa notificat ampliationem per acceptionem: modo contingit fieri acceptionem termini sine ampliatione. sicut qd̄libꝫ superius sine suo inferiori. saltem ex se non repugnat superiori concipi sine suo inferiori. vt animal sine homīe Similiter hic cum dico antichristus erit lij añchristus accipitur ꝑ eo qd̄ est vel erit. non tamen ampliatur cum hoc non fiat diuisim. Et verum est ꝙ ampliatio precise per acceptionem diffinita insufficienter diffinire̅. cū talis diffinitio cum suo diffinito non conuerteretur. potest tamē diffiniri

ampliarent. sequitur hoc impossibile. s. esse duo contradictoria simul vera. cõsequens falsum. et cõtra phm. iiij. methaph. dicentẽ de quolibet affirmationẽ vel negationẽ verã de nullo ambo simul. consequentiã ꝓbat. nã posito casu ꝙ deus de facto non creet. tũc hec ẽ falsa. Creans põt non esse deus. Nam sensus eius ẽ qđ ẽ vel potest esse creãs põt nõ esse deus. ⁊ illa ẽ impossibilis. Et quia illa ẽ de Edentuli. eius cõtradictoria erit de purpurea. etiã ꝑ causam falsa ista. s. creans de necessitate ẽ deus. patet falsitas eius. quia ẽ vna affirmatiua cuius subiectũ ꝓ nullo supponit. cũ de facto nihil sit creans. vt patet ꝑ casum. Oportet ergo ad euitandũ dictũ inconueniens dicere. ꝙ lij necesse prime intentionaliter et sinkathegreumatice captũ ampliet terminũ vt dicit regula. ista ḡ ẽ vera dicit Mar. Creans de necessitate ẽ deus q̃a sensus eius ẽ. qđ ẽ fuit erit vel potest esse creans ẽ deꝰ mõ iste sensus ẽ verus. in quocũq; etiã casu possibili. cũ soli deo ꝯueniat creare. et nulli creature. vt dicit beatꝰ Aug. sup Geñ. li. j. ca. xxj. Angeli. inq̃t nullã oĩno pñt creare naturã. et habet Sco. j dis. quarti. q. j. ¶ Octaua Regula. Omnis terminus a parte subiecti supponẽs. respectu p̃dicati qđ ẽ nomen verbale in bile vel in tiuus terminatũ. importans aptitudinẽ ampliatur ꝓ eo qđ ẽ vel potest esse. nisi restringat̃ ⁊ c̃ijs conditionibus. que repetantur ad omnes regulas ampliationũ. Et dr̃ importãs aptitudinẽ quia si non. extunc nõ habet vim ampliandi. vt sunt isti termini cubile sedile. Ex quo infert Mar. ꝙ risibile vt ẽ nomen verbale. nõ ẽ ꝓpriũ de lij hõ. pz q̃a vt sic nõ ẽ cõuertibile cũ ipso. saltẽ quantũ ad verificabilitatem mediante aliqua copula. s. lij est. qđ requirit̃ ad passionẽ adequatã. vt dicit phs primo posterioꝝ. et Por. de antichristo eñ veꝝ ẽ dicere ꝙ ẽ risibilis nõ tñ veꝝ ẽ dicere ꝙ sit hõ. Et intellige ꝙ hoc ẽ veꝝ. s. ꝙ lij hõ nõ enũciat̃ de añchristo mediãte ista copula. est. tempus pñs cõnotãte. ⁊ nõ a tempore p̃senti prescindẽte. sicut dictũ ẽ in Suppositionibus. Dicit ḡ Mar. et bene. suo modo. ꝙ lij risibile vt ampliatiuũ nõ ẽ hominis ꝓpriũ. sed vt prescindens ab ipsa ampliatiuitate. ꝓ quãto. s. subordinat̃ huic cõceptui s. risibile cõuertibile. cũ suo intellige subiecto. ¶ Nona et decima Regula Mar. vna pñt formari regula tali. Terminus supponẽs a parte añ positus respectu huius termini. prius ĩportãtis prioritatẽ tp̃is ampliatur ꝓ eo qđ ẽ vel fuit. terminus vero a parte post ab eodẽ rectus ãpliat̃ ꝓ eo qđ ẽ vel erit. vt hõ ẽ prior leone. lij hõ ampliat̃ ad supponendũ ꝓ eo qđ ẽ vel fuit. lij asino vero ampliat̃ ꝓ eo qđ ẽ vel fuit. Et causa ẽ huius regule. modus ꝑcandi illius termini prius. q̃ denotat ꝑcatũ termini precedentis accipi sub prioritate. ꝑcatum vero termini sequentis sub secutione Et hoc in ordine ad diuersas differentias temporum indifferenter. Et dicitur notanter importantis prioritatem temporis. quia si importaret aliquam

aliam vt originis. nature perfectionis. ordinis vel honoris ꝛc. non ampliaret. Et debent intelligi iste regule. cum conditionibus prius positis.

¶ Vndecima regula. Terminus supponēs a parte ante respectu huius termini posterius ampliatur ad supponendum pro eo qđ est vel erit. vt antichristus est posterius Adam. lij añchristus ampliatur ad supponēdum pro eo qđ est vel erit. Et ideo sensus ē qđ modo est vel erit antichristus est posterius Adam. ¶ Duodecima regula. Terminus supponens a parte post respectu huiꝰ termini posterius ampliat̄ ad supponendū ꝓ eo qđ est vel fuit. ideo in illa antichristus est posterius Adam. lij Adam ampliatur ad supponendum pro eo qđ est vel fuit adam. Et sensus eius est. qđ modo est vel erit antichristus est posterius illo qđ est vel fuit adā Ex isto infero Corollarie ꝙ ista consequentia nō valet. Antichristus est posterior adam. igitur antichristus ē. probat̄. quia antecedens ē verum et cōsequens falsum. Et causa ē. quia in hmōi terminis ampliatiuis non valet consequentia. Arguendo a scđo adiacente ad terciū. ¶ Tredecima regula. terminus rectus a verbis significantibus actum anime interiorē ampliatur ad supponendum pro eo qđ ē. erit. fuit. vel potest esse. vel imaginari esse. Et sunt huiusmodi verba. intelligo. diligo. cognosco. appeto desidero. promitto imaginor. et consimilia. ideo in illa intelligo hominē. lij hominem ampliatur ad supponendum pro illo qđ est vel fuit. vel erit. vel potest esse. vel potest imaginari esse. simili modo ampliatur lij homo

in illa homo intelligitur. quia homo regitur ab illo verbo intelligitur a parte ante. Ex hoc infero Corollarie q̄ illa consequentia nō valet. homo intelligitur ergo homo est quia lij homo ampliatur. ideo huiusmodi cō sequentia impeditur. Dico notanter terminus rectus a tali verbo regitur quia si talis terminus a tali verbo non regeretur. extunc non ampliat̄. vt antichristus est qui intelligitur. vel in ista qd̄ modo intelligitur ē añchristus lij antichristus non ampliatur. quia non regitur ab isto verbo intelligitur. Scd̄o dico q̄ illa regula est intelligenda q̄ terminus sic rectus ab illis verbis. debet ꝑcare rem in quam transit actus signatus per hmōi verba ampliatiua. vnde in illa. ego intelligo. lij ego nō ampliatur. quia in me non transit actus intellectionis. Vnde finaliter verba passiua āpliāt rectum a parte ante positum. verba autem actiua tm̄ accusatiuum a parte post. quia huiusmodi casus significant rem in quam transit actus hmōi verboꝝ. Et hoc idem intelligendum ē de participijs illorum verboꝝ ꝛc.

Notandum tercio. q̄ Mar. in hac

Littera ꝯñter ponit vim āpliatiuā terminoꝝ. Et p̄mo de lij posterius talē in duab⁹ seq̄ntib⁹ intēdit regulā vnā istā. s. Termin⁹ supponēs a ꝑte añ respectu hui⁹ termini posterius āpliat̄ ad supponēdū ꝓ illo qd̄ ē vel erit. Termin⁹ v̄o a parte post supponēs āpliat̄ ad supponēdū ꝓ eo qd̄ ē vel fuit. dū mō talis termin⁹ habeat suppositū vel supposita i ordine ad diuersas differētias tp̄m indifferēter. Et cū h̄ lij posteri⁹ iportet posteritatē tp̄is p̄cise. vt soꝛ ē posterioꝛ platone lij soꝛ āpliat̄ ꝓ eo qd̄ ē vl' erit. lij plato vero supponit ꝓ eo qd̄ ē vel fuit. Et ei⁹ sensus ē. qd̄ ē vel erit soꝛ ē posteri⁹ tp̄e. eo qd̄ ē. vel fuit plato. Ratio āt hui⁹ regule ē modus ꝑcādi huius sinkathegreumatis. s. posterius taliter se habentis ad antecedentem et consequētem terminū. Mar. autem dicens q̄ lij antichristus et similiter adā ampliaretur in ista antichristus est posterioꝛ adam. dicit exemplariter.

et non doctrinaliter. cũ neutrũ illoꝝ accipiat̃ respectu pluriũ differẽtiarũ tp̃is diuisim. vt prius Mar. dicit. Et ergo ista ꝯñtia nõ valet dicit Mar. antichristus ẽ posterior Adã ḡ añchristus ẽ. pz q̃a lij añchristus nõ supponit respectu pluriũ differẽtiaꝝ tp̃is diuisim. licet bñ cõiunctim. Et dic̃ Mar. ꝙ respectu istoꝝ terminorũ. s. prius et posterius nõ valet. ꝯñtia ab est tercio adiacẽte ad est terciũ adiacẽs. q̃a cõtingit añcedẽs esse verũ sine cõsequẽte. Corollarie sequit̃ ꝙ lij posterius habet oppositã vim ãpliãdi respectu lij prius in ordine ad terminũ p̃cedentẽ et sequentẽ. pz ex dictis. ¶ Tredecima regula est. Terminus a parte post rectus a dictione ſcante actũ interiorẽ anime importãs rẽ in quã obiectiue denotat̃ trãsire actus importatus ꝑ tale verbũ. ampliat̃ ad supponendũ ꝓ illo qd̃ ẽ. fuit erit p̃t esse et imaginat̃ esse. Et dũ modo habeat suppositũ vel supposita in ordine ad plures differẽtias tp̃is sibi correspõdentia diuisim. Et dr̃ rect⁹ a dictione. q̃a nõ mõ verbũ veꝝ et participiũ ⁊ nomẽ verbale actũ interiorẽ anime importãs. ẽ hoc mõ ampliatiuũ. vt dicit Mar. vt ego sum diligẽs hominẽ. Silr̃ cõceptus Mar. ẽ in mente mea ⁊c̃. lij Marsilij ampliat̃ ad supponendũ ꝓ eo qd̃ ẽ fuit erit põt esse et imaginari esse. Alie particule declarantur regule in textu copiose. Ratio aũt quare dictiones importañ. actũ volũtatis vel intellectus elicitiuũ. ampliãt terminos ad tot differentias tp̃m. et nõ dictiones importañ actum sentiẽdi exteriorẽ. q̃a mediãte actu intellectus vel volũtatis p̃nt obiecta. p̃sentia. preterita futura ĩpossibilia et imaginabilia attingi. nõ ꝑ actus potẽtiaꝝ sensitiuaꝝ. Dicit tamẽ Joannes Dorp. ꝙ etiam dictiones actus sensuũ importañ exterioꝝ. ampliant terminos ad p̃ñs et ad modicũ tp̃s preteritũ. vt audio sonum lij sonũ ampliat̃ ꝓ sono q̃ ẽ. et q̃ statim añ fuit. et causa huius ẽ quia sensus nõ fert̃ (Dico exterior) nisi in p̃ñs vel ꝑ modicũ tp̃s absens. tam diu quo ad species sensibilis ꝑmanserit in potentia exteriori. patet hoc de excellẽti sensibili. speciẽ sui in potentia sensitiua fortiter imprimente. vt nix sol. tonitru ⁊c̃. Possunt aduc addi regule. ¶ Prima regula. Quilibet terminus rectus ab aliquo istorum verborum. s. significat. ampliatur. verificatur. in quem denotatur transire actus illius verbi. ampliatur ad omnes differentias temporis vt homo supponit ꝓ homine. lij homine ampliat̃ ad supponendum pro homine qui est erit fuit potest esse. vel qui imaginat̃ esse. ¶ Scd̃a regula. Ablatiuus p̃cise exprimens significatum termini ampliatiui. rectus a parte post a tali termino ampliatiuo. ampliatur ad tot differentias temporum. ad quot talis dictio potest ampliare dum modo nõ restringatur vt homo est amabilis amore. lij amore ampliatur pro eo amore qui est. vel qui potest esse. ¶ Tercia regula. Terminus supponens respectu verbi importantis mutationem acquisitiuam ampliatur ꝓ eo

qd̄ est. et immediate post hoc erit. dū modo ſcatū illius termini denotet acquiri. vt asinus generatur. ibi lij asinus supponit pro eo qd̄ est et immediate post hoc erit ¶ Quarta regula. Terminus captus respectu verbi importantis mutationē deperditiuam ampliatur ad supponendū ꝓ eo qd̄ est vel imediate ante hoc fuit vt asinus corrūpitur. lij asinus supponit ꝓ eo qd̄ ē vel immediate ante hoc fuit. quia ēm ſcatū isti⁹ termini asinus actus per hoc verbum corrumpitur importatus denotatur transire. tāq̄ in obiectum. ¶ Quinta. Terminus supponens a parte subiecti respectu huius verbi incipit ampliatur ad standum pro eo qd̄ ē. et imediate post hoc erit. vt homo incipit esse ibi homo ampliatur ad stādum pro eo qd̄ est. et immediate post hoc erit. Sed terminus qui ē subiectū respectu illi⁹ verbi desinit ampliatur ad standum pro eo qd̄ est et immediate añ hoc fuit. vt homo desinit esse. ibi homo ampliatur ad standum pro eo qd̄ est homo. vel immediate ante hoc fuit homo. Et iste tres vltime regule dñt intelligi de rebus in esse permanentibus plus q̄ per instans. alioq̄n non sunt vere. ¶ Pro omnibus regulis ampliationum. ponuntur duo dicta necessaria. Primū. terminus ampliatus importat illa ad que ampliatur. scd̄m exigentiam suppositionis. vt si terminus supponit determinate. importat illa disiunctiue. Sin autem confuse distributiue importat illa pro quibus ampliatur copulatiue ꝛc̄ijs. Scd̄m dictū. ꝓpositiones in q̄bus ponuntur termini ampliatiui debent exponi disiunctim id est per propositionem cathegoricam de disiuncto extremo. in qua differentie tpales disiunctim accipiuntur. Vnde in tali expositione maxime obseruandum ē. q̄ tale disiūctum solum pro illo supponat. et pro omni illo pro qno supponebat terminus ampliatus. Ex quo sequitur q̄ ampliatio huius propositionis. s. aliud a nigro erit nigrum sic debet exprimi. illud qd̄ ē vel erit aliud a nigro qd̄ est vel erit. erit nigrum. Et non sic. Illud qd̄ est aliud a nigro. vel qd̄ erit aliud a nigro. erit nigrum. patet quia illud disiūctum stat pro aliquo. pro quo non stat terminus ampliatus. Nam ponatur q̄ hodie sint multa corpora alba. et crastina die. omnia illa sint nigra. illud disiunctum pro omnibus illis supponit quia prima pars eius ꝓ omnib⁹ illis supponit. Et tamen terminus ampliatus. non supponit pro illis. patet hoc per regulam illam. Aggregatū de lij aliud et ablatiuo mediāte prepositione a. nunq̄ supponit pro aliquo pro quo talis ablatiuus supponit absolute positus probatur ista regula. Nam lij aliud dicit alietatē et negationem cuiuslibet rei pro qua supponit terminus cui immediate additur. sicut et negatio infinitās. totum ergo aggregatum nō supponet pro aliquo pro quo talis terminus absolute positus supponeret. sed in exemplo dicto lij nigro pro omni re que est vel erit nigra supponit. ergo

aggregatum illud neq; pro re que est nigra. neq; pro re que erit nigra supponet. ¶ Finaliter Mar. ponit vnum documentum tale. verba activa importantia actum anime interiorem. cuiuscūq; temporis fuerint ampliāt accusatiuū a parte post ab eis rectum. verba etiam activa preteriti vel futuri temporis cuiuscūq; fcationis fuerint ampliant accusatiuos ab eis a parte post rectos. scōm ercigētiā copule principalis in eis incluse. Verba tamen passiua actum anime interiorem importantia ampliant nominatiuum ab eis a parte ante rectum. vt in ista homo intelligitur. lij homo āpliatur ad omnes differentias temporis

Contra arguit primo sic Intellectus non potest intelligere impossibilia nec volūtas velle. ergo nullus terminus potest ampliari ad impossibilia. que sunt imaginabilia. Añcedēs patet. quia nihil est in intellectu nisi prius fuerit in sensu. scōo de anima. impossibile autem non est in sensu ḡ ↄ. ¶ Scōo sic. lij mortuum non ampliat ergo Mar. dictū falsum in vltima sua regula. et ante vbi dixit q' participium preteriti temporis est termini ampliatiuum. tenet consequētia quia mortuus vel mortuum tm̄ valet sicut carens vita modo dicendo hō est carens vita lij homo non ampliatur. ergo nec dicendo homo est mortuus. tenet cōsequentia ab equivalenti ad equivalens. ¶ Tercio sic. Mar. implicat sibipsi. patet quia in Duodecima regula dicit lij antichristus āpliari. qō tamen prius improbauit et negat frequenter. ¶ Ad primum dr̄. q' intellectus noster intelligit impossibilia. et possibilibus. moueā em̄ ad noticiam impossibilium. et noticia possibilium. possibilia em̄ intellectui presentia intellectui gignunt noticiam sui suo modo in intellectu. id est sub ratione obiecti quibus quidē habitis in intellectu noticijs possibilium in natura. intellectus cōponit adinuicem illos conceptus. qui cū sint repugnañ siue incōpossibiles. Et eis constitutum virtute intellectus dicitur impossibile. vt habita noticia hominis et asini intellectus cōponens ista formal impossibile dicendo homo ē asinus. et similiter de Chimera intellige. Ad probationem. dicit Sco. lij. dis primi. q. j. ad primū pn cipale q' illa cōpatio pbi debet intelligi quantū ad motionē primā. intellectus ab obiecto. ibi em̄ inqt. fantasmata cū itellectu agēte. bñt vicē pmi obiecti mouētis. ſ nō debet intelligi quātū ad oēm actū sequētē motionē primā. ꝑt em̄ intellect⁹ abstrahere obiectū inclusum ī aliquo primo mouēte. ↄ ꝓsiderare illud abstractū. nō cōsiderato eo a quo abstrahit. applica ad ꝓpositū. ¶ Ad scōm dr̄. q' lij mortuus captū noiale nō āpliat. vt ꝓbat ratio. Sz bñ participialiter ꝑ quātū supponit ꝑ eo qō vivit et iā nō vivit ¶ Ad tercīū patet ex dictis.

Finis Ampliationum

Nunc agendum est de Restrictionibus.

Circa restrictiones notandum ꝙ terminorum quidem est Kathegreumaticus. et quidem Sinkathegreumaticus: kathegreumaticus est. qui ſcat aliquā rē vel aliquas res: sinkathegreumaticus ē qui nō ſcat aliquā rē vel aliquas res. vlterius ē Notandū ꝙ Restrictio ē acceptio termini in ꝓpōne ꝓ paucioribus q̄ꝫ prius

Notandum primo. ꝙ Mar. determinans de Ampliationibus. iā cōsequenter determinat de restrictionib⁹ cū ista sint opposita mō talia iuxta se posita. fiūt magis nota. Et diuidit̄ iste tractatus in duas partes principales. in prima ponit diffinitionē restrictionis. p̄mittēdo diuisionē terminorū. que dicta ē in tractatu suppositionū. Aduerte tñ ꝙ termini kathegreumatici sunt duplices. s. Ratione ſcationis et sunt q̄ ſcāt aliq̄d vel aliqua. Alij sunt kathegreumatici ratiōe officij. Et sunt qui ſcatiue sumpti pñt esse subiectū vel p̄dicatū pars sbiecti vel pars p̄dicati. copula vl' pars copule. Etiā sinkathegreumatici sunt duplices. s. Ratione ſcationis q̄ ſcant nō aliq̄d vel aliqua ꝫ aliqualr id ē modū accipiēdi terminū in ꝓpōne. vt oīs nullus ꝛc̄. Alij sunt rōne officij q̄ ſcatiue sumpti nō pñt esse subiectū copula vel p̄dicatū. nec pars alicui⁹ illoꝝ. Et dr̄ ſcatiue sumpti quia si materialiter sumerēt̄ possent esse subiectū vel p̄dicatū. Est ḡ sensus diffinitionis restrictionis iste. Restrictio. s. logica ē acceptio termini. s. restringibilis in ꝓpōne ꝓ paucioribus ſcatis vel paucioribꝰ differētijs tpm. q̄ꝫ in ꝓpōne in qua si nō restringeret̄ acciperet̄. Ex qua diffinitione elicit̄ ita intellecta. ꝙ duplex ē restrictio. s. aliena q̄ ē qñ restringēs et restrictū nō tenēt se a parte eiusdē extremi. neqꝫ constituunt idē extremum. Et talis semper fit mediante copula vel implicatiua vel simplici. Exemplum primi vt homo qui est fuit animal. lij homo restringitur ad standum precise pro presentibus. ratione lij qui est. qui tamen staret pro presentibus et preteritis indifferenter si non adderetur sibi talis implicatiua copula. Exemplum scd̄i vt homo est albus lij est restringit subiectum ad standum precise pro presentibus. Alia est non

aliena.et est quando restringens et restrictum tm̃ ponuntur a parte eiusdem extremi vt homo albus est animal lij homo restringitur ad standū pro hominibus non quibuscūq; sed precise albis et hoc restrictione nō aliena to est eiusdem extremi.s.lij albus.Et diffinitione sequitur q' restrictio fit dupliciter.s.ratione significatorum et quandoq; ratione tempor. Ratione significatorum quando terminus stat pro pauciorib⁹ suis significatis dico inadequatis vt animal rationale.lij animal pro paucioribus accipitur q̃ acciperetur sine illa determinatione.s.rationale. Sed ratione temporum quando terminus accipit pro suo significato vel suis significatis respectu vnius differentie temporis virtute copule implicationis.vel alicuius similis.

Nunc ponantur regule.Et prima est hec. Nomen adiectiuum additū suo substantiuo restringit ipsum ad standum pro illis suppositis pro quibus potest sibi competere vt homo est albus. ¶Scda regula.aduerbiū additum alicui addito restringit ipsum ad stādum pro illis significatis pro quibus ipsum potest sibi competere.vt homo currit bene. ¶Tercia regula.Pronomen demonstratiuum siue nomina relatiua.addita terminis quor̃ significata demonstrant vel referunt.restringunt ipsos ad standum pro illis significatis pro quibus ipsum demonstrant vel referunt. vt iste bō ē currens homo est animal qui est rationalis. ¶Quarta regla Prepositio cum suo casuali addita termino restringit ipsum ad stādum pro scatis pro quibus potest sibi competere.vt sō currit in domo. ¶Quinta regula obliquus recto additus facit ipsum stare pro scatis ꝓ quibus pōt sibi competere.vt cappa socratis.Et omnes iste regule intelligende sunt de restrictionibus.a parte eiusdē extremi cū restringibilibus positis. ¶Sexta regula.Talia sunt subiecta qualia premittunt a suis ꝑdi-

catis ad illum intellectū si subiectum sit equiuocum a casu. tūc predicatū in tali ꝓpositione facit ipsum stare ꝓ suo ꝓcato equiuoco. pro quo potest sibi competere illud predicatum vt omnis canis est latrabilis. ¶Septima regula. predicatū respectu subiecti equiuoci restringit tale subiectum equiuocū ad standū ꝓ eo ꝓ quo pōt sibi cōpetere. vt canis currit lij currit restringit illū terminū canis ad stādū ꝓ suis ꝓcatis qb⁹ cursus ꝑt ꝓpetere. **Notādum scdo. hec est scda pars** principalis huius tractatus in qua Mar. agit de restrictione preceptiue ponēdo regulas. et possunt tres regule Mar. s. prima. scda. et quinta vna formari regula tali. Omne determinabile. stat scōm exigentiā sue determinationis id est stat ꝓ illis suis ꝓcatis ꝓ quibus determinatio potest sibi cōpetere vt omne substantiuū stat scōm exigentiam sui adiectiui. cui immediate additur siue sit adiectiuū nominis siue verbi. Etiam dictio recta restringit dictionem regentē. vt asinus hominis. Ex quo sequitur q̄ solum ille terminus potest restringere. qui pōt termino restringibili ꝓ aliq̄bus ꝓcatis et non ꝓ omnibus competere. ḡ rationale silr risibile nō pōt hominem restringere. patet. Aduerte etiā q̄ adiectiuū restringitur per suū substantiuū. vt dicit Joannes Buridanus. si conueniat alijs quibus nō conuenit suum substantiuū. vt homo albus currit. lij albus nō sumitur hic ꝓ omnibus albis. sed solū ꝓ hijs q̄ sunt hoies. Vnde omne illud est determinabile qđ ē ꝓ pluribus aut pauciorib⁹ suis ꝓcatis cōceptibile. Illud aūt ē determinatio. q̄ ē ratio accipiēdi terminū ꝓ plurib⁹ vel pauciorib⁹ aut nullis scōm exigentiā talis determinationis. vt hō ē determinabile. albus vero pōt esse eius determinatio. Corollarie sequit̄ q̄ Sinonima nō pōt seinuicē determinare. nec ꝓ ꝑs vnū pōt alterū restringere. Corollarie sequitur scdo q̄ Conuertibilia nō sunt adinuicē restringibilia neq̄ etiam determinabilia. patet. corollariū quia determinatio semper fit ad plura vel ad pauciora termini acceptio. qđ nō conuenit cōuertibilib⁹ scōm qđ hmōi. Restrictio etiam fit ad pauciora accipiēda. virtute termi restringentis. qđ nō conuenit conuertibilibus. Cum de quocūq̄ dr̄ vnū de eodem et alterum. dicitur conuertibilium. Tercia regula est facillima. ideo relinquitur. Ratio vero eius. modus significandi et impositio primaria demonstratiuorum pronominum. et similiter relatiuorū nominū que denotant predicatum conuenire subiecto pro vno eius precise ꝓcato

vt iste hō currit. lij iste denotat cōuenire cursum vni supposito hominis

¶ Quarta regula. aggregatū et ꝓpositione et suo casuali restringit terminū et parte cui⁹ se tenet. vt Petrus ē curres in domo Nicolai. lij in domo Nicolai. restringit lij curres. Et aduerte. q⁹ qñcūqꝫ ponit determinatio inter subiectū et copulā cuiusmodi ē aggregatū et ꝓpositione et casuali. tūc qlibet talis ꝓpositio ē distinguēda. qa talis determinatio ꝑt esse pars subiecti vel pars ꝑdicati. sicut ista. aqua sine caliditate fuit calida. lij sine caliditate ꝑt subiectū determinare et tūc ē ꝓpositio vera. et sensus eius est aqua q̄ ē sine caliditate. vel q̄ fuit sine caliditate fuit calida. et ꝫ ē vex. sin āt lij sine caliditate determinet ꝑdicatū. s. lij calida. tūc ē impossibilis. qa impossibile effectū formalē esse sine causa formali cū intrinsece causet. qō importat ꝓpositio ista. s. aqua fuit sine caliditate calida. qlibet ḡ talis ē distinguenda. Et dant regule dicte de restrictione nō aliena. ¶ Quinta regula ē de restrictione aliena. et ē talis. talia sunt subiecta id est ꝓ hūs accipiūtur subiecta. qualia ꝑmittunt ab eoꝝ ꝑdicatis id est ꝓ q⁹bus ꝑdicata talium subiectoꝝ cōueniūt. vt qñcūqꝫ subiectū fuerit equiuocū a casu (id est eque primo et cōceptib⁹ totalib⁹ nō sinonimis fcās plura) et ꝑdicatū nō conueniat sibi ꝓ omnib⁹ suis equocatis. ꝫ ꝓ vno vel ꝓ aliq⁹bus. tūc tale subiectū stabit ꝓ illis vel illo suo fcato cui ꝓuenit ꝑdicatū vt canis ē latrabilis lij canis restringit ad standū ꝑcise ꝓ latrabilib⁹ canibus. cū ꝑdicatū tm̄ mō illis cōuenit. Et ꝓ ꝫ ꝑz septima rla. q̄ ē sexte declaratiua. vt ꝑz in tertu.

¶ Octaua regula. Analogū siue equiuocū a consilio per se positum stat ꝓ suo significato famosiori. ¶ Nona regula. analogum restringitur ꝓ dictionem competētem sibi ꝓ fcato minus famoso. vt homo ē pictus

¶ Decima regula. adiectiuū alicuius generis restringit suū substantiuū ꝓ sui generis suppositis. vt nullus hō currit. ¶ Undecima regula. Omnis copula fcans tp⁹ ꝑt restringi ꝓ aduerbiū tpis. vt sor̄ ē cras currens.

¶ Duodecima regula et vltima. omnis copula propositionis restringit predicatum ad standum ꝓ differentia sui temporis. nisi aliquid impediat. iuxta illam regulam. predicatum stat ꝓ tempore verbi. vt sor̄ est currens ⁊c.

Notandum tercio. q̄ Dar. ponit

primo in hac ſra regulā octauā q̄ ē quaſi vnū notabile. et nō regula reſtri ctionis. Et ē terminus analogus poſitus p ſe. id eſt ſine determinatione alienāte ipm̄a ſuo ſcato famoſiori id eſt pfectiori ſp ſupponit p ſcato famoſiori id eſt pfectiori ſiue p illo cui primo imponit ad ſcandū. vt hō ē analogus termin⁹ ad hoiem viuū. et ad hoiem pictū. g̃ talis ſi accipiat ſine determinatiōe alienāte ſp ſupponit p ſuo ſcato pfectiori. vt hō ē aial lij hō ſtat p viuis hoibus. Talis aūt terminus analogus pt reſtringi ad ſtandū pciſe p ſuo ſcato min⁹ principali ſiue minus famoſiori. ſi addat ei determinatio. cōueniēs ſibi pciſe p ſuo ſcato minus principali. vt dicē do. hō ē pictus. lij hō ſtat p hoibus pciſe pictis. ſcōm qō exigit predicatū p regulam ſeptimā. Et er iſto patet intellectus regule none. Aduerte tū q̄ analogū quantū ad ꝓpoſitū ſufficit eſt terminus ſcans plura diuerſis cō ceptibus nō ſinonimis. vnū tū p prius et altez p poſterius ſiue p quādā adiacentiā ad primū. vt homo reſpectu viui ⁊ picti hominis. Et hoc idē poteſt vocari equiuocum a conſilio. Vnde ſcito q̄ omnis terminus ſu gnificans ſubſtantiam poteſt eſſe equiuocus a conſilio ſiue analogū. q̄a omnis talis ſcat primo aliquā ſubſtantiam. et p quandā trāſmutationē ſcat ſimilitudinē ſiue picturam illius ſubſtantie. Et dr̄ ſcans ſubam q̄ ſi accidens ſcaret nō poſſet eſſe analogus. cū ſimilitudo accidentis vt albe dinis etiam ſit accidens. ergo iſte terminus albedo non eſt equiuocus a conſilio. ¶ Decima regula. Adiectiuum vnius generis ſubſtantiuo iūctū cōmunis vel omnis generis reſtringit ipſum p⁹ ſcatis illius generis. cuius fuerit adiectiuum. vt nullus hō ē animal. lij hō q̄ ē ſubſtantiuum cōmunis generis reſtringit̃ p lij nullus ad ſtandū preciſe p⁹ ſuppoſitis maſculini generis. q̄ñ illius ē generis adiectiuum. f. nullus. Aduerte q̄ ſicut adiectiuū reſtringit ad certū genus ſubſtātiuū. ita etiā ſubſtātiuū pt reſtringere adiectiuū ad vnū genus. vt felix vir. lij felix ē adiectiuū et adiectiue tentū hic. et ē maſculini generis. p⁹ b̄ er cōi mō loq̄ndi. ⁊ intelligitur hec regula de reſtrictione non aliena. ¶ Vndecima regula. Copula preſentis temporis preteriti vel futuri pt reſtringi per aduerbiū ſcās futuritionem vel preteritionē ad tp̄us vnū preciſe. vt ſor̄ cras eſt moriturus. lij eſt ſtat preciſe p⁹ tempore futuro. Et ſimiliter copula indeterminate dicens tempus vnū. poteſt reſtringi ad ſtandū p⁹ illo tempore vno determinate vt ſor̄ fuit heri in lectione. lij fuit dicit preteritum tempus et determinate. Talia tamen aduerbia dicunt multi ſunt determinationes predicatorum et non preciſe copularum poteſt vtrūq̄ teneri cum non ſit cuāgeliū. ¶ Duodecima regula. Copula de p̄ſti reſtringit ſubiectū ⁊ pt ſcatū

ad standum precise pro tempore presenti nisi amplieť. vt homo ē albus. lij ē denotat predicatum cōuenire subiecto pro tempore presenti. Et dicit nisi amplietur. quia si ampliareť tunc nō stabit subiectū ꝑ pñtib⁹ precise vt hō ē amabilis. Et debet ista regula intelligi dū mō illa copula non absoluatur a tpe sicut in ꝓpositionibus necessarijs. quia tunc non denotat vnionē predicati cū subiecto pro tpe presenti. sed tm̄modo denotat conformitatem extremorum adinuicem. vt patuit in suppositionibus.

Contra arguitur primo sic. Adiectiuum non restringit substantiuū. ꝯ prima regula falsa. añcedens quia ē econuerso. vt dictum ē prius. ¶Scdo sic. adiectiuū restringit adiectiuum ꝯ adiectiuū nō restringit substantiuū. añcedēs patet dicendo. felix virgo vtrūqz ē adiectiuū cū vtrūqz sit mobile. Consequentia tenet quia idem in quantū idē nō ē natū facere nisi idē. ¶Tercio sic. terminus nō potest restringi. patet. nūqz terminus pōt pauciora ꝭcare cū semp eidē conceptui mentali subordinetur vbicūqz ponatur vt dixit Mar. in ampliationib⁹ ¶Ad primū dr̄. q adiectiuum restringere potest substantiuum. et econuerso nullo inconuenienti. ex isto sequente. ¶Ad scdm dr̄ q adiectiuū substantiuatū bene potest restringere alterum alio adiectiuo adiectiue tēto. in exemplo autem inducto lij virgo est substantiuū simpliciter. Et qñ dr̄ mouetur ꝯ ē adiectiuum negatur ꝓntia. ¶Ad tercium negetur assumptū Ad ꝓbationē dr̄ q terminus semper eidem conceptui subordinať. verū ē sed hoc tamen nō ē eodem modo quia aliqñ ampliatiue aliqñ restrictiue scdm exigentiā additoꝝ. Et hec de Restrictionibus

De alienationibus terminorum

Incipit Tractatus Appellationū

V Isis aliquibus regulis de ampliationib⁹. et restrictionib⁹ Restat iā dicere diuino iuuamine de appellationib⁹ Circa quas sic ꝓcedā. qa ꝓmo ponā appellatiōis distinctionē necnō cuiuslibz mēbri diffinitionē. scdo ponā regulas appellationū. et ꝓ regl'as aliq̄ puerilia sophismata dissoluā. Quantū ad primū sit prima distinctio. duplex est appellatio. aliq̄ eñ ē termini pro suo formali ꝭcato. vt hic Joannes

fuit albus. iste terminus albus appellat albedinem in preterito adhesisse Joanni aliqua autem pro ratione vt hic diligo pecuniam lij pecuniam appellat suam rationem scom quam sua significata significat. sic q illa p positio significat q ego diligo pecuniam scom illam rationem scom quã dicitur pecunia quam distinctionem inferius in sua membra intendo et planare. Pro qua distinctione intelligenda complete. nota q terminorũ quidam sunt absoluti. Et sunt de predicamento substantie in recta linea predicamentali. vt Petrus Joannes animal rc. quos suppono pro nũc esse absolutos. Vtrum autẽ sint vel non sint non est pñtis speculationis Alij qui autem sunt termini connotatiui. vt sunt termini de predicamẽto qualitatis. vt coloratum album rcijs. Quare isti termini sunt cõnotatiui. notum est. Nam si ego sedeam lij sedeam significat me prout notum est nõ tamen absolute. sed connotat me taliter incuruari. similiter lij album significat parietem in casu. non tamen absolute. sed prout talis paries hz albedinem. vnde nisi haberet albedinem. non diceretur albus. Et ideo lij albus appellat seu connotat albedinẽ. Et simili modo de alijs terminis non absolutis qui generaliter connotant vt in pluribus aliquem modũ habendi vltra illud pro quo supponunt. Et nota q terminus connotatiuus dicitur habere dupler ꝓcatũ. s. Materiale et formale. Significatum termini connotatiui materiale. dicitur res pro qua talis terminus cõnotatiuus supponit. vt cum dico homo est albus. lij albus supponit ꝑ ho

nunc qui habet albedinem. ergo hō dicitur significatum materiale istius termini albus. hec autem expositio seu acceptio est de intentione phi. v. metaph dicentis. q eadem numero sunt quorum materia est vna. Vnde debet exponi sic. illa sunt vnū numero quorum materia ē vna id est q̄ supponunt pro eadem re. Aliter ergo phus saltem scōm talem expositionem que videtur esse bona capit materiā pro illo eodem pro quo supponit terminus. Est autē ſcatū materiale termini illud pro quo supponit seu pro quo talis terminus dicitur supponere. formale autem ſcatum termini dicitur esse res connotata. siue ſcata connotative per talem terminum. Exemplum vt ſcatū materiale istius termini album dicitur res ſcata habens albedinem. puta ipsum subiectum albedinis. sed ſcatū formale dī illud qō ille terminus cōnotat puta albedinē

Notādum primo. q̄ iste ē tractat⁹

Mar. Appellationū: nucupatus. qui cōtinet capitula qnatuor. In quor primo premittit diuisionem appellationis logice dicens. q̄ duplex ē appellatio. s. formalis et rationis. Primū membrum declarat exemplariter dicens. q̄ appellatio formalis ſcati. precise cōuenit terminis cōnotatiuis siue mentalibus siue vocalibus siue etiā ſcriptis. et nō terminis absolutis Vtrū autem absolutis conueniat terminis appellatio dicetur inferius. Exemplū huius vt hō ē albus. lij albus appellat suū ſcatū formale (cū sit terminus connotatiuus) adiacere ipsi homini pro quo supponit. Silr exemplo declarat appellationē rationis dicens. lij pecuniā in ista diligo pecuniam. appellat suam rationē ꝓpriā. s. rationē monete. inquātū hmōi quia in ipsam obiectiue fertur actus dilectionis. Pro cuius diuisionis intelligentia ponit diuisionem terminorū kathegreumaticor dicens q̄ duplices sunt termini. s. Absoluti et sunt qui non ſcant aliquid p modū adiacentis vel nō adiacentis rei pro qua supponunt. Alij sunt Cōnotatiui. et sunt duplices. s. connotatiui essentiales. et cōnotatiui accidētales. Ex

notatiui essentiales sunt qui vltra illud pro quo supponunt connotant aliquid intrinsece conuenire rei pro qua supponunt. vt sunt oēs termini differentiales. vt rationale sensibile ⁊c. Rationale enī natū ē supponere ꝑ hominē. connotando sibi aliquid in primo modo perfectatis conuenire s. differentiā essentialem. vel aliqd hmōi. pñt etiam dari tales q̄ cōnotent aliqd essentiale nō cōuenire rei ꝑ qua supponāt. vt irrationale compatū homini et in talibus fingere necesse ē. Sed accidētales sunt q̄ vltra illud ꝑ quo supponūt cōnotant aliquid extrinsece p̄ modū adiacētis vel nō adiacentis rei ꝑ qua supponūt. vt albū nigrū cecū ⁊c. q̄ supponunt pro suis subiectis. de rigore sermonis. cōnotando talibus subiectis adiacē aliqd qđ ē extra essentiam rei. Et sunt duplices. s. positiui et priuatiui. et q̄libet illorum habet duplex fcatū. vt dicit Mar. s. materiale et formale de q̄bus satis dictū ē in principio tractatus Suppositionū. Aduerte tñ (vt etiam dictū fuit in suppositionibus) q̄ diuersitas ē inter doctores. de ꝓnotatōe fcatoꝝ termini cōnotatiui. Aliqui enī dicūt q̄ fcatū formale cōnotat. vt Joannes Dorp. et Mar. in tertu lecto. Alij autē dicūt. vt Petrus Thar. in ꝑdicamētis. Et Sco. idē habet in dis. xxvj. primi. q. vnica ad scām ꝓncipale. Et. xxviij. dis. primi. q. j. et. xxvij. eiusdē. q. ij. Q̄ terminus ꝓnotatiuus principaliter fcat illud cui imponit ad fcandū. vt albū solā q̄litatē vt dr in ꝑdicamētis ca. de q̄ntitate. et de cōnotato siue de mō fcādi fcat subiectū vt rē albā. Ista aūt diuersitas ꝓuenit ex equiuocatione liꝫ cōnotat. Nam aliq̄ capiūt cōnotare vt idē ē qđ appellare ad tacere vel nō adiacere. et illo mō certū ē q̄a terminus cōnotat suū fcatū formale. cū illud fcat p̄ modū adiacentis vel nō adiacentis. Alij aūt capiūt cōnotare vt idē est. q̄ ꝓter fcatū principale aliqd dare intelligere. Et sic terminus cōnotatiuus connotat fcatū materiale q̄a illud fcat minus principaliter. Aduerte etiā q̄ q̄n Mar. dicit terminū accipi ꝑ fcato materiali et formali. intelligēdus ē de terminis cōnotatiuis adiectiuis substātiue tentis (vt vult Sco. i dis. xxvj. primi. ad. ij. principale. et Joannes Dorp) et nō ē intelligēdus de adiectiuis adiectiue tētis. q̄a illa ꝑcise hñt vnū fcatū. s. formale, qđ fcant per modū inherentis alteri. Vnde dicit Mar. q̄ liꝫ albus in ista homo ē albus supponit pro homine. qui est suū fcatū materiale. Et confirmat sententia phi. v. metaphisice dicentis q̄ eadē numero sunt quoꝝ materia est vna id est que ꝑ eodē supponit. et bene quidē dicit quia subiectū et accidens sunt idē numero. primo topicoꝝ. et hoc numerositate accidētali nō p̄ se. Aliter tñ ꝑt exponi dictū de. v. metaph. ca. de vno. vt ei pōit Sco. dis. iij. q. v. scōi dicēs. q̄ ibi accipit phūs materiā ꝑ entitate individuali q̄ constituit in esse materiali. non aūt in esse formali ꝑut q̄ditas dr formā. quia ista entitas. s. differentia individualis non est quiditatiua ⁊c.

Tercio est. Notandū. q terminus dicitur appellare illud qđ cōnotat. hū clarū ē. q nihil dr album. nisi sibi adiaceat albedo. et ideo iste terminus album appellat albedinem adiacere rei. p qua supponit. sīr ille terminus dives connotat adiacere rei pro qua supponit. divitias pecunias agros ratione cuius vel quorum. ille homo debet dici dives. sic em generaliter terminus connotatiuus appellat rem quā connotat. fcat em rationē adiacere rei pro qua supponit. appellatione qua terminus appellat suū formale fcatū et nō ad aliā. Et dictis ergo potest inferri diffinitio appellationis. p formali fcato termini. que ē magis cōmunis. Et de qua magis apposituū sit. appellatio ē significatio formalis fcati termini tanq̄ suo determinabili. p aliqua tpis differentia adiacentis. vel nō adiacentis. Et dico notanter significatio. quia terminus q appellat albedinem vel aliquā aliā rem fcat illud formaliter. s. connotatiue. et ideo dico fcatiō. secōdo dico ē significatio nam appellatio non debet diffiniri p suppositionē. qā terminꝰ p isto fcato nō supponit. qđ appellat. Vnde terminus p suo fcato supponit materiali. et appellat formale. ideo aliqñ terminus appellat. qñ nō supponit. vt supposito q nihil esset nigrū et nihil sit antichristus. et tūc si diceret. anchristus ē niger. lij anchristus et lij niger. p nullo supponit cū suppositum sit anchristum non esse. et cū hoc nullum nigrū esse. tamē isto non obstante. lij nigrum non appellat suum materiale fcatū. sed formale fcatū appellat. et illud suo determinabili adiacere vel non adiacere

significat qꝫ patet nam si dicere n. paries est albus lij albus nõ appellat illud pro quo supponit. quia si paries sit albus. tunc supponit ꝑ parietẽ et tñ parietẽ non appellat adiacere. cum ꝓpositio talis esset falsa. nihil enim potest sibipsi adiacere. Sed albus appellat suũ formale fcatũ. s. albedinẽ fcat enim albedinem adiacere parieti. quare merito dicitur esse fcatum formale termini. Tercio dixi notanter adiacentis suo determinabili. quia ad appellationem non sufficit formalis significatio. patet hoc. nam si dicerẽ albus. notum esset qꝫ ille terminus significaret intellectui albedinem. et sic fcaret suũ fcatum formale. et tamen ibidem nulla appellatio esset. tũ quia nullus diceret ibidem hũc terminũ albus appellare. oportet ergo adesse determinabili ratione cuius terminus appellatiuus appellet suũ fcatum et ideo bene dicitur significatio formalis significati tanqꝫ adiacẽtis alicui determinabili. Quarto dixi notanter. vel non adiacentis. quia terminus priuatiuus in ꝓpositione positus appellat habitum tamen non ꝑ modũ adiacentis. quia est terminus priuatiuus. sed per modũ non adiacentis. fcat enim rẽ ꝑ qua supponit suũ determinabile priuari habitum. Exẽplũ vt petrus est cecus. lij cecus appellat visum ꝑ modũ nõ adiacẽtis petro et fcat qꝫ petrus nõ habet visum. dixi vltimo. Appellatio est formalis significatio. fcati termini. tãqꝫ suo determinabili ꝑ aliqua tpis differentia in ordine ad copulã de pñti vel de ꝓterito. vel de futuro vel de possibili. vl de imaginabili. s. tãqꝫ de pñti adiacere vel tãqꝫ de preterito. eã adiacuisse vel

tanꝯ de futuro deberet adiacere. vel tanꝯ de possibili posse adiacere. v el tanꝯ imaginari posse eam adiacere. vnde licet in illa. homo albus. lij albꝰ connotat albedinem adiacere suo determinabili. s. homini. non tamē appellat eam sibi adiacere. patet quia nec pro tempore presenti. nec pro preterito nec pro futuro nec pro aliqua temporis differētia. Et ideo omnes differentie tales dicuntur bene huic diffinitioni apposite fuisse.

Notandum scdo. q Mar. in hac

Littera. anteꝯ diffiniat appellationē formalem. vnam premittit suppositionem valde necessariam talem. Terminus illud appellat qđ connotat vt album albedinem connotat. ergo etiam albedinem appellat adiacere subiecto pro quo supponit. vt dicendo homo est albus. Vnde aduerte q illa suppositio Mar. primo potest sic intelligi. Terminus appellatiuꝰ formalis significati in subiecto vel in predicato solitarie positus. aliter appellat. et aliter quando coniungitur alteri termino appellatiuo a parte eiusdem extremi. Nam quando per se ponitur vt subiectum vel predicatū propositionis tunc appellat suum formale significatum. per modū adiacentis rei pro qua supponit talis terminus. qui est suum determinabile. Sed quando terminus fcati formalis appellatiuus. coniungit termino eodem modo appellanti. tunc appellat suum fcatū formale adiacere rei appellate. per alium terminum appellatiuum. vt soꝛ est bonus lij bonus appellat bonitatem socratis. In ista autem. soꝛ est bonus clericus lij bonus appellat bonitatem scientie. appellate per lij clericus. Similiter i ista Soꝛ est bonus faber. lij bonus appellat bonitatem artis fabrilis. Scdo eadem suppositio potest sic intelligi. Terminus appellatiuꝰ formalis significati ex sua primaria fcatione. habet certum modum appellandi. quē retinet quando solitarie ponitur subiectum vel predicatum. Verū quādo ille terminus coniungitur alteri termino appellatiuo. tunc quandoqꝫ trahitur ad alium modum appellandi scōm exigentiam termini appellatiui cui immediate iungitur. vt lij tuus ex sua primaria fcatione habet. vt qñ solitarie ponitur. appellet possessorem rei alicuius. vt dicendo iste canis est tuus. lij tuus appellat te tanꝯ possessorem canis. In ista vero iste canis est pater tuus lij tuus appellat te tanꝯ genitum a cane. Corollarie sequitur q hec consequentia non valet iste canis est tuus et iste canis est

pater ergo iste canis est pater tuus. quia arguitur a diuisis ad coniuncta. variata appellatione lij tuus. Istis premissis diffinit primum membrũ dicte diuisionis. s. appellationem formalem singulas particulas diffinitionis clarissime exponẽdo. Que diffinitio potest sic intelligi. Appellatio s. formalis vl' pro ſcato formali termini. est ſcatio formalis ſcati termini id est illius qđ terminus connotat per modum adiacentis. suo determinabili id est rei ſcate per suum determinabile. per modum adiacentis vel non adiacentis id est inherentis alicuius significati positiui vel absentis alicuius positiui nati esse circa subiectum pro quo terminus appellatiu⁹ formaliter appellat. Dicitur notanter formalis ad excludendum rationis appellationem de qua inferius dicet. Dicitur scđo ſcatio. et hoc propter duo vt dicit Mar. primo ad excludendũ terminos non ſcatiuos. vt chimera. tales em̃ cum nihil significent etiam non appellãt. Scđo ad denotãdum q̃ ampliatio non est idem qđ suppositio nec est inferius ad suppositionẽ. patet quia suppositio est pro ſcato materiali termini. appellatio vero formalis pro formali termini. et hoc de rigore sermonis. Datur etiã alicubi ista appellatio sine tamen suppositione. vt hic antichristus ẽ niger. dato etiam. q̃ nullum extremũ supponat. nihilominus dicit Mar. appellat lij niger suũ formale ſcatũ. s. nigredinem per modum adiacẽtis subiecto. s. antichristo. Dicitur tercio. per modũ adiacentis suo determinabili. duplici de causa. Primo propter terminũ extra propositionem positum qui licet ſcet non tamen appellat. cum non sit determinabile. cui ſcatũ suũ formale in esse denotet. Scđo dr̃ propter includere terminos appellatiuos positiuos. g̃ absolute dicendo albus lij albus non appellat Dr̃ quarto vel nõ adiacẽtis ꝓpter includere terminos priuatiuos appellatiuos qui ſcant absentiã alicuius perfectionis vel habit⁹ in aliquo sbiecto vt cecus ſcat nõ in esse visionẽ alicui vt socrati. in ista soꝛ ẽ cecus. Dr̃ vltimo ꝓ aliqua differẽtia tp̃is ad ostẽdẽdũ q̃ appellatio formalis ſcati termini solũ sit in ꝓpõne. Et ꝑ hoc differt appellatio a connotatione q̃a cõnotatio fit indifferẽter in ꝓpõne et extra ꝓpõnem. sed appellatio foꝛalis ſcati solum in propositione. vnde dicit Mar. q̃ lij albus in ista oratione hõ albus cõnotat quia suũ ſcatũ formale adiacere homini ſcat nõ tamẽ appellat. cũ h̃ nõ fiat ꝓ aliq̃ differẽtia tp̃is. Et quo seq̃t q̃ foꝛalis appellatio ẽ inferi⁹ ad cõnotationẽ. pz q̃a vbicũq̃z ẽ foꝛalis appellatio ibidẽ ⁊ cõnotatio. ſz nõ ẽcõuerso pz. Et aduerte q̃ termin⁹ appellatiu⁹ nõ sp appellat suũ ſcatũ foꝛale adiacere vl' nõ adiacẽ. ſz aliqñ appellat. infuisse. infore. posse in esse. vl' imaginari i esse. ſm exigẽtiã ãpliatiõis vel restrictionis. Et hoc est qđ innuit Mar declarando vltimã particulã diffinitionis. cũ dic̃ in o. dine ad copulam de presenti vel de preterito ⁊c̃ijs

Ex istis infert Corollarie. q differētia ē inter suppositionē ⁊ appellationē et ſcationē. Prima differentia ē inter suppōnem et appellationē ista. quia suppositio ē termini ꝓ suo ſcato materiali. Et liq̄t q terminꝰ nō suppōit ꝓ eo. qđ cōnotat. sed supponit ꝓ suo ſcato materiali. s. ꝓ re subali. appellatio autē ē ꝓ formali ſcato qđ terminus cōnotat adiacere vl' nō adiacere nō autē ꝓ materiali. Etiā differētia ē inter suppositionē et appellationem q̄a aliqñ termini supponūt et nō appellāt. et aliqñ termini appellāt q̄ tñ nō supponūt. Exemplū p̄mi vt sunt isti termini absoluti sor̄ hō albedo nigredo ⁊c. isti supponūt ꝓ suis ſcatis. ꝓut notū ē. ſ tñ nō appellāt. q̄a appellatio ē termini respectu sui for̄alis ſcati. mō isti termini non hñt aliqđ formale ſcatū. cū sint termini absoluti. et nihil ꝯnotātes. Exem̄ scdi. vt hō ē hinnibilis. hō ꝓ nullo supponit vt de se notū ē. q̄ de nlla copula ꝓpositionis verificat. nō em̄ hō ē. nec pōt esse hinibilis. qđ tñ dictus terminus appellat. vt patet. connotat em̄ actū hinniēdi posse adiacere homini. Sic etiā hoc aggregatū. s. hō hinibilis appellat formale ſcatū huius termini hinnibile. posse adiacere suo determinabili. tñ clarū ē. q hoc aggregatū hō hinibilis ꝓ nullo supponit. Est etiā differētia inter appellationem et significationē. q̄a ſcatio ē tā respectu ſcati materialis q̄ formalis. quia terminus cōnotatiuus. ſcat ſcatū materiale. et ſcatū formale. vt dictum est et vtrūq̄ taliū ſcat. Sed appellatio vt dictū ē. solū ē respectu ſcati for̄alis patet etiam ex alio. nam significatio est superius ad appellationem. quia

omnis appellatio est significatio ꝓut patet ex appellationis diffinitione sed nō omnis ſcatio ē appellatio. ſcatio em̄ est termini absoluti et illius nō est appellatio. Sil'r ſcatio ē termini positi extra ꝓpōnem. et istius non est appellatio. cū ex diffinitione appellationis. appellatio dicat̄ in ordine ad copulā seu tempus ꝓpōnis. Et hec de diffinitione appellationis respectu ſcati formalis termini sufficiant dicta.

Notandum tercio. ꝙ Mar. in hac

lecta littera infert Corollarie. ex diffinitione appellatiōis formalis ⁊ suarū partiū declaratione. differentiam inter suppōnem appellationem et significationē. Et dicit primo ꝙ duplex ē differētia inter appellationē ⁊ suppositionē. prima ē. quia termino cōnotatiuo ꝯuenit suppositio ꝓ ſcato materiali (intellige de rigore sermonis. quia de bonitate intelligētis. bñ terminus etiā ꝯnotatiuus pōt supponere ꝓ suo ſcato formali) veꝝ appellatio formalis ꝓ ſcato p̄cise formali. Scda differētia ē. quia dabiles sunt termī supponeñ. q̄ tñ nō sunt formal'r appellañ. et ecōuerso. Exem̄ primi. vt isti termini hō albedo supponere pñt nō tñ vt sic pñt appellare fo. mal'r. cum nō habeāt ſcata formalia intellige. q̄ ſcarēt ꝑ modū adiacētie accidētalis vel ꝑ modū ꝯnotationis. licet bñ habeāt ſcata formalia q̄ ſcāt ꝑ modū cōcretionis ad singularia nature ꝓprie. vt dicit Sco. v. dis. primi. q. j. Exēplum scdi vt asinus ē hō hinibilis. lij hō ꝓ nullo supponit. ḡ nec hoc aggregatū. s. hō. hinnibilis. quia inquit Mar. de nulla copl'a verificari p̄t id est de nullo pōt verificari mediāte copula sue ꝓpōnis quocūqꝫ em̄ demonstrato. hec ē falsa. hoc est vel esse pōt hō hinnibilis. ratio em̄ i se falsa et impossibilis de nll'o ē vera. vt dicit Sco. ij dis. prin. i. q. j. et habet̄. v. metaph̄ca. de falso. Et tñ certū ē. ꝙ lij hinibilis. qd̄ ē pars illi⁹ aggregati appellat actum siue potentiam (et melius) ad hinniēdū adiacere homini. ergo alicubi est appellatio vbi non est suppositio quare distinguit̄. Sed appellatio et significatio differunt. inquit Mar. quia significatio termini cōnotatiui est tam respectu significati formalis q̄ꝫ materialis. Sed appellatio formalis supple. est precise respectu significati formalis. Et scito quoniā Mar. cū dicit terminū connotatiuū significare materiale significatum accipit ſcare extenso nomine prout s. tm̄ valet sicut ex suo modo ſcandi aliquid dare intelligere. qm̄ illud terminus significat cui ad ſcandū impo-

nitur sed albū soli qualitati imponitur ḡ ꝛc. vel potest ibi intelligi ſcare ꝓ vt tm̄ valet sicut per modū cōcretionis importare et sic verum est. Scdo differunt qm̄ vnū ē superius respectu alterius ḡ ꝛc. Añcedens patet. quia illa differunt sicut superius et inferius. vbi vnū per se includit alterꝝ nō tñ cōuertitur ꝯñtia subsistendi. ex ip̄is formata. sed appellatio includit essentialiter ſcationē. et nō cōuertit̄ ꝯñtia subsistēdi. ex ipsis formata. nam licet sequat̄ dicēdo. appellatio ē ergo ſcatio ē nō tñ ecōuerso. cū terminus extra ꝓpōnem ſcet. qui tñ non appellat. vt dicit Mar. in textu

